

tier. canonic. lib. I. cap. 9. num. 5. Sanch. de matr. lib. 8. disp. 17. num. 4. Mirand. manual. Præl. tom. 2. quæst. 5. Barb. de potist. Episcop. 2. part. alleg. 44. num. 1. Salas de legib. disp. 20. sect. 4. num. 30. Bonacin. de l. g. quæst. 2. punct. 3. num. 12. Suarez de relig. lib. 6. de vot. cap. 16. & lib. 6. de legib. cap. 19. num. 1. optimè Prosper Fagn. in cap. Super eo, n. 40. vers. Cæterum, de bigam. pag. 363.

7 Nam cùm à supremo Principe Ecclesiastico non delegatur potestas denominativa, sed spiritualis, ac ministerialis, & in conservationem, & non in destrucionem, Sanch. dict. lib. 8. disp. 17. num. 3. & in Decalog. lib. 4. cap. 45. num. 3. Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 34 dub. 24. num. 64. Sanch. cons. mor. lib. 2. cap 2. dub 35. num. 3.

8 Non potest sine causa legitima inferior Legatus dispensare Concilium, nec talis dispensatio fortiri potest effectum; cùm non accidisset causa legitima ad dispensandum, quæ præcipue induxit animum superioris, & Pontificis ad concedendam expressam facultatem dispensandi, ut prosequitur Baldel. Theolog. Mor. lib. 5. disp 52. n. 1. Prosper Fagn. in cap. Nimus, num. 6. & seqq. de filijs presbyter. pag. 332. & in cap. Quia in tantum, num. 14. de præbend. num 93. quia ex eodem talis dispensatio est dissipatio, & destrucio.

9 Et in terminis dispensationis factæ à Legato Apostolico ac Nuntio cum potestate Legati à latere, idem tradit Innocent. in cap. Dudum 2. num. 16. de elect. Navarr. in man. Prælat. prælud. 9. n. 15. Salas de leg. disp. 3. sect 4 num. 32. Bonacin. de leg. quæst. 2. punct. 3. num. 1. §. Sed hoc exemplum: Azor part. 1. lib. 5. cap. 15 in fin. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 17. num. 5. Baldel. dict. disp. 52. num. 2. & ita contradicente Archiepiscopo aut Episcopo, aut parte præjudicata, cùm non sufficeret causa proposita in supplicatione: & esto quod Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere haberet facultatem expressam absque legitima causa, erat gratia nulla, aut invalida, ut dictum est.

## C A P U T X L I I .

Utrum gratia nulla, aut subreptitia Illustrissimi Nuntij cum potestate Legati à latere concessa in præjudicium jurisdictionis ordinariæ Archiepiscopi, eo contradicente possit exequi, & observari: & quando subreptio dicatur intervenire, vel non.

## SUMMARIUM.

- 1 Facultas, & commissio concessa habeat pro se præsumptionem juris, & non præsumitur subreptitia, sed valida, donec probetur contrarium: & n. 2.
- 3 Commissio, aut gratia concessa contra jus, aut Concilium Tridentinum est nulla: & num. 4.
- 5 Quomodo probetur subreptionem intervenire in gratia & rescripto.

**L**Icet facultas, & commissio concessa habeat pro se præsumptionem juris, & in adversarium onus probandi transferat, Farin. decis. 280. in posthum. tom 2. num. 1. addentes ad Ludovis. decis. 113. num. 11. Maldonad. in addit. ad Molin. lib. 1. cap. 9. num. 32.

Et gratia etiam habeat pro se præsumptionem juris, ad hoc ut sit valida, adeo quod quando contra illam subreptio allegatur, subreptionem probari debere afferat Glos. in cap. Super literis, verb. Priori modo, de rescript. Felin. in cap. Eam te, eodem tit. Mascard. concl. 128. num. 11. & 1275. num. 1. Larrea alleg. 91. num. 25.

Attamen in hoc casu contrarium est verius, quia dicta gratia, & commissio fuit facta contra dispositionem juris & constitutionis, & adversus sacrosancti Concilij Tridentini decretum, in quibus terminis dicta gratia observari non potest, sed ab utroque iure reprobatur, juxta textum in cap. Causam que 18. de rescript.

*rescript. cap. Rescripta 15. 25. quæst. 2. eis verbis: Rescripta contra jus elicta ab omnibus Judicibus præcipimus refutari Idem traditur in cap. Dicenti, vers. Omnes, eadem causa & quæstione; & de jure civili sunt textus in l. Rescripta, Cod. de precib. Imperator. offerend. l. Jubemus, Cod. Sacrosanct. Eccles. l. Omnes, Cod. si contra jus, cap. Si motu proprio, de rescript. lib. 6.*

**4** *Et est nulla, & non est ei obediendum, Clementin. 1. de præbend. ibi. Nullius momenti, dict. cap. Si motu proprio, de rescriptis, lib. 6. ibi: Vires nullum obtinere: cap. Cum nostris, de concess. præbendæ, ibi: habetur irritum & inane: cap. 1. & 2. de fidelis presbyteror. lib. 6. latè Larrea alleg. 91. per tot. & num. 4 & 26. Faria in addit. ad Covarr. lib. 1. variar. cap 20. n. 12. Prosper Fagn. in cap. Ad audientiam, num. 27. de rescript. pag. 234 & in terminis commissionis Bicch. decis. 592 n. 5.*

**5** *Quia in his terminis nullitas & subreptio intervenit, ex dictis juribus: & quando interveniat vel non, ad varias quæstiones est omnino videndus eleganter Larrea alleg 91. Barb. ad ord. lib. 2 tit. 43. per textum ibi: Pereyra decis. 60. Clem. Merlin. decis. 35. 243. & 768 alter Merlin. centur. 1. cap. 54. & centur. 2. cap. 15. Torniol. conf. 10. Phœb. 1. part. decis. 41. & 113. Salgad. in labyrinth. creditor. 1. part. cap. 37. Maldonad. in addit. ad Molin. lib. 4. cap. 3. num 28 quos ego ipse referto forens. cap. 18. num. 48 & ultra eos eleganter Fermosin. ad tit. de rescript. Prosper Fagn. tom. ultim. in indic. verb. Subreptio: & in cap. Super literis, de rescript. pag. 212. & seqq. eleganter etiam Faria in addit. ad Covarr. lib. 1. variar cap. 20. Sanch. de matrim. tom. 3. lib 8. disp. 21. cum seqq. Menoch. de arbitr. lib 2. cas. 201. Marescot. variar. lib. 2. cap. 1. Suarez de legib. lib. 8. cap. 12. & de religione tom. 2. lib. 6. cap. ultim. Guttier. canonicar. lib 2. cap. 15. Marchesan. de rescriptor. subreptione: Bonacini. in sum. tom. 2. tract. de legib disp. 1. quæst. 2. punct. 4. Leonel. de subreptione rescriptor. Trentacinq. variar. 1. solut. lib. 1. tit. de rescript. resolut. 5. Gomez Bajo in prax. lib 1. cap. 4. Tusc. pract. conclus. lit. R. conclus. 217. & lit. S. conclus. 720. & seqq.*

• • • • • • • • • • •

## C A P U T XLIII.

Utrum de nullitate, aut subreptione gratiæ factæ ab Illustrissimo ac Reverendissimo Nunzio in præjudicium jurisdictionis Archiepiscopalis, aut Episcopalis apud eum editæ, possit cognoscere Archiepiscopus aut Episcopus, quando nullitas patet ex ventre rescripti, ita ut ei non obediatur.

## S U M M A R I U M.

- 1 *Rescripta summi Pontificis, Principum, aut gratia aliorum qui habent facultatem concedendi, alia motu proprio, alia ad preces supplicantis expeditur.*
- 2 *Omne rescriptum in quo clausula Motu proprio, non est expressa intelligitur ad instantiam alicujus concessum.*
- 3 *In dubio numquam præsumitur gratia, aut rescriptum motu proprio processisse.*
- 4 *Ad preces quando dicatur rescriptum impetratum, & an explicetur per supplicationem.*
- 5 *Rescriptum sive consideretur motu proprio concessum, sive ad preces, si est contra jus aut Concilium, non est observandum, nec obediendum; & executor potest cognoscere de illius viribus.*
- 6 *Et quid in rescripto Summi Pontificis: & num. 7.*
- 8 *Quid dicendum si gratia impeditur cum exceptionibus.*
- 9 *Explicatur extravag. Cum Matthæus, de hæretic. & nn. seqq.*

**R** Escripta Summi Pontificis, & Principum, & gratia aliorum qui habent facultatem concedendi, alia motu proprio, alia ad preces supplicantis expedi-

pediuntur; cap. Si motu proprio 23. de præbend. & dignitatib. in 6. Suar. cap. 12. lib. 8. de legib. num. 4. Larrea alleg. 91.

2 Omne autem rescriptum, in quo clausula, *Motu proprio*, non est expressa, intelligitur ad instantiam alicujus concessum, ex Suar. sup. n. 5. Sanch. dict. lib. 8 d. sp. 1. num. 6. Moneta de commutatione ultimar. volunt. cap. 6. num. 168. Faria dict. cap. 20. num. 3.

3 Et in dubio nunquam præsumitur gratia, aut rescriptum motu proprio processisse. Valasc. consult. 25. num. 18. Mafcard. conclus. 1075.

4 Ad preces expeditur quando per supplicationem impetratur; & preces dicuntur quidquid in libello supplicationis continetur, in quo solet factum narrari, causæ ad concedendum proponi, & quod intenditur explicari, ut notant DD. in rubric. Cod. de precib. Imperatori offerend. Faria dict. cap. 20. num. 9. ubi quod preces ipsius gratiæ pars censentur; & quod ubi dubium oritur, mens concedentis juxta supplicationem interpretatur, l. 1. Cod. de divers. rescriptis. Grégor. Lop. l. 26. glos 1 tu. 11. partit. 5. Cyriac. contr. 57. num. 33. Guttier. pra. Eticar. lib. 3. quæst. 17. num. 43. Garcia de nobilit. in divisione oper. num. 63.

5 Et sive consideretur motu proprio concessum, sive ad preces supplicantis expeditum, quounque modo sit, si est expeditum contra jus aut cum subreptione, ut in hoc casu, semper est nullum, & minimè est ei obediendum, neque observandum; maximè quando ex illius inspectione, ut in hoc casu, constabat de nullitate, & repugnantia juris, decreto Sacrosancti Concilij Tridentini: in quibus terminis potest executor cognoscere, & non obede re, ex c. Constitutis, de rescriptis, l. et si non cognitis, Cod. si contra jus vel utilitatem publicam, ibi: *De omni negotio cognoscatur*. Quem textum nimis commendat Paul. in l. Si prætor, n. 8. ff de judic. Panormit. in c. de cætero, extra eodem tit. & singulariter dixit Iason in dict. l. *Etsi non cognitio se alibi alium nescire in utroque jure: sed reperitur similis in l. 2. ad fin.* Cod. de dilationib. ut advertit Pinel. in rubric. legis 2.

Cod. de rescindend. vendit. & summa veneratione canonizatus est in cap. Rescripta, & in cap. Dicenti, cum seq. 25. quæst 2. & in cap. Si quando, de rescript eleganter Cavaler. decis. 2. num. 6. Pacian. conf. 164. num. 47. & probatur per Ord. lib. 2. tu. 43. & lib. 3. tu. 76. §. 3. ibi: *Deve conhecere*.

Quod in rescripto Summi Pontificis 6 non debet observari, sed debet certiorari de præjudicio, ad ipsius benignam intentionem adjurandam, quia non vult ut privilegia, rescripta, aut literæ, neque aliæ commissiones Apostolicæ executio- ni mandentur, quando præjudicium continent, aut juri, vel publicæ utilita- ti sunt contrariæ, aut falsis precibus im- petratæ: quæ sancta juris provisio sum- mā veneratione canonizata est in cap. Rescripta, & in cap. Dicenti, 25. quæst. 2.

Nam summus Pontifex D. noster sta- tuit, hoc posse de jure fieri: nec solùm Princeps, Archiepiscopus, aut Episco- pus, sed etiam quilibet Iudex Ordina- riū hujus examinis faciendi liberam habet potestatem, & etiam potest ad- monere, & certiorare Pontificem si opus erit, ut dicitur in cap. Si quando, de re- scriptis, dict. cap. Dicenti, §. et si, 25. quæst. 2. cap. Super literis, de rescriptis, & ibi Barbos. Fermosin. & Prosper Fagn. & impedire executionem, ut tenet Cava- ler. decis. 2. num. 6. quod Dominus Illu- strissimus Archiepiscopus facere non potuit, quia ei non fuit ostensa gratia, ac commissio Illustrissimi ac Reveren- dissimi Nuntij, ad hoc ut Illustrissimus ac Reverendissimus Episcopus Capella- nus Major cum Pontificalibus baptiza- ret; & ideo optimo jure processit in suæ jurisdictionis ordinariæ defensionem, secundum potestatem sibi permisam à jure, de qua latè dicemus infrà; & etiam quando ei ostenderetur, utpote nulla, & contra jus, & Sacrosancti Concilij de- cretum statuta, non tenebatur ei parere, sed poterat eam spernere ex dictis in hoc capite, & ex his quæ Themud. 3. p. quæst. 17. num. 8. & seqq refert.

Si gratia impeditur cum exceptioni- bus subreptionis, habet exceptio effe- ctum exceptionis incompetentiæ, ut Nos diximus 3. tom. commentarior. ad Ord.

*Ord. pag. 238. num. 606. & pag. 230. num. 548.* ubi quid dicendum quando requirit altiorem indaginem, an debeat cognoscere vel remittere; & si fuerit impedita cum exceptionibus, an & quando suspendatur effectus. *Phœb. I. part. decis. 41.* quæ explicanda refero *forens. cap. 18. n. penult. & ultim.* & de omnibus Fermosin. in *cap. Super litteris, de rescript. & Barbos. & Fagn. præsertim Barbos. vot. 126. num. 190.* & latè de *penf. part...*

<sup>9</sup> Neque obstat textus *in extravagant.*  
<sup>9</sup> *Cum Matthæus 3. de hæreticis,* ubi deciditur quod in terminis propositis Ordinarius non procedat contra delegatum, vel Nuntium Apostolicum, sed potius partes recurrant ad Pontificem, ut providere super hoc de opportuno remedio valeat, de quo Barbos. in *collect. ibidem,* ubi multos refert.

<sup>10</sup> Respondetur enim primò, textum loqui in diverso casu, & terminis, ut legenti patebit, & non in hoc casu, ut ex illius relatione manifestè patet, & ex dictis in hoc & alijs capitibus, in quibus ostenditur Nuntium Illusterrimum non procedere per viam gratiæ, sed Auditorem contra jurisdictionem per viam iustitiae.

<sup>11</sup> Secundò respondetur ex dictis & infra referendis constare de decreti nullitate & injustitia, & in his terminis non procedit dictæ extravagantis decisio; sed potius Ordinarius potest cognoscere de illius injustitia, nullitate, & vitio, & ita declarare, ut tenent quos Ego ipse refero *forens. cap. 11. num. 7. Ord. lib. 2. tit. 43. & lib. 3. tit. 76. §. 3. l 2. Cod. si contra jus. Barbos. in cap. Super literis, de rescriptis num. 18. Pinel. in rubric. legis 2. Cod. de rescindend. vendit.* & probat textus *in cap. Si quando, de rescript. eleganter Cavaler. decis. 2. num. 6.*

<sup>12</sup> Tertiò respondetur, quia ut est notarium, dabatur periculum in mora, & propter longinquitatem, & Romanæ Curiæ distantiam Summus Pontifex adiri non poterat; in quibus terminis non procedit dictæ extravagantis resolutio, juxta ea quæ tradit Borel. in *tractat. de præstantiæ Regis Catholici, cap. 71. num. 58. & 59. Jacob. de Graff. in decisionib.*

*aureis lib. 4. cap. 18. num. 119.*

Et quod ob moræ periculum non sit consulendus Summus Pontifex in forma dictæ extravagantis, probat Abbas in *cap. Non metus, colum. penultim. verb. Putarem, & colum. ultim. verb. Puto,* de immunitate Ecclesiastica: quod etiam probat Gloss. in *cap. Sacro, §. Caveant, in vers. Periculo moræ, de sententia excommunicationis:* de quo etiam est videndus Castillus tom. 7. *controvers. cap. 41. num. 186. & seqq.*

Quarto respondetur scandalum usurpationis jurisdictionis ordinariæ fuisse notorum in hoc casu; & ut evitetur, optimo jure decrevit Ordinarius describi Pastorales, non obstante dicta extravagant, ex textu *in cap. 1. de offic. Legati, lib. 6. cap. Pastorale, de sententia & re judicata: cap. Cū ad verum, 96. distinct. textus elegans in cap. Cū ieneamus 6. de præbend eleganter Oldrad. cons. 262. num. 2. verj Sed si. Covar. in reg. Pecatum, 1. part. num. 7. Barbos. in addit. collectan. textus in *cap. Si quando, de rescript. Anguijan. de legibus lib. 1. contr. 5. num. 3. 5. 18. & 21. eleganter etiam Amat. variar. cap. 72. num. 29. Kochier de jurisdictione in exemptos tom. 2. in scholijs ad constitutionem Concilij Lateranens. part. 1. §. 3. fol. 32. num. 20. & 41.**

## C A P U T XLIV.

De præminentia, excellentia, & dignitate Archiepiscopi, aut Episcopi; & de honore eis exhibendo, ac de eorum potestate, ferendique edicta pastoralia, & puniendi tam per censuras, & interdicta, quam per alias poenas, etiam contradicente Nuntio Apostolico cum potestate Legati à latere, & ejus Reverendo Auditore.

SUMMARIUM.

- 1 Varijs titulis honorantur Archiepiscopi, aut Episcopi. & qui sunt, & num. 3.
- 2 Archiepiscopis datur Illustrissima, Episcopis vero Senhoria.
- 3 Episcopale munus à Deo fuit constitutum ad regimen Ecclesiæ.
- 4 Episcopale munus est dignitas, & culmen dignitatum: & Hierarchæ appellantur, tanquam Supremi in Ecclesia; suntque Magnates in Regno, & de Consilio Regis, ac Principis, & habent alias prærogativas: & num. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.
- 12 Archiepiscopus, aut Episcopus possunt in suo Episcopatu aut Archiepiscopatu quod potest Papa in toto orbe, exceptis reservatis.
- 13 Palatium Archiepiscopi gaudet Ecclesiæ immunitate, sicut Palatium Regis, aut Principis: & num. 14.
- 15 Archiepiscopus ut magnus honoratur à Rege in sua præsentia, tam in sede, quam in alijs.
- 16 Archiepiscopi Regibus æquiparantur, & ideo in Hispania caput coram Rege cooperiunt, sicut Magnates, vulgo Grandes.
- 17 Archiepiscopi coronant Imperatorem aut Regem.
- 18 Canonici tenentur, & quare, Archiepiscopis assistere in Pontificalibus, & eos associare, & obviam ire videntibus ad Ecclesiam.
- 19 Archiepiscopus habet imperium merum in sua Diœcesi.
- 20 Archiepiscopi, aut Episcopi habent privilegium respectu fori cæteris maius: ibid.
- 21 De potestate Episcopi aut Archiepiscopi in spiritualibus, & à quo fuisset concessa, & num. 12. & quare fuissent creati à Summo Pontifice, & num. 22. 23. & 24.
- 22 Archiepiscopus aut Episcopus de suis ovibus rationem reddere tenetur Domino, & quare.
- 23 Archiepiscopus aut Episcopus est fidei-jussor ratione suæ potestatis, & vigilante, & custos Diœcesis ob pote-

Pars I.

- statem & solicitudinem.
- 27 Quam potestatem habeant Archiepiscopi aut Episcopi ad gubernandum.
- 28 Ratione potestatis potest Archiepiscopus aut Episcopus temporali aut spirituali jurisdictione uti, quoties illa si bi necessaria fuerit: & quomodo dividatur, & num. 29.
- 30 Archiepiscopus aut Episcopus pro pastorali officio omnia crimina in suis Diœcesibus à quibuscumque commissa, ex quibus Deus optimus maximus, juraque spiritualia maximè offendantur ac tñdantur, & scandalum ac prompta peccandi occasio in Christiana Republica paretur, possunt ac debent punire tam per censuras, quam per alias pœnas.
- 31 Archiepiscopus potestatem exercere potest adversus omnes, qui in suo Archiepiscopatu resident, & etiam respetu quarumcunque personarum Ecclesiasticarum, tam secularium, quam regularium; quia omnes etiam exempti remanent subjecti correctioni & punitioni Archiepiscoporum, aut Episcoporum.
- 32 Et ad hoc habet facultatem ferendi censuras.
- 33 Habens jurisdictionem, & potestatem ecclesiasticam potest decernere censuras, interdictum, & cessationem à Divinis.
- 34 Episcopus, aut Archiepiscopus jure pastorali potest inducere in materia pœnali excommunicationem, & pœnam ipso jure.
- 35 Et jubere promulgari edictum quod observari debet.
- 36 Præcautio prudentior est antea, quam postea defensio.
- 37 Præmititur præcautio illius quod prudenter timetur in jurisdictionis perturbationem, & Reipublicæ perniciem.

**V**arijs titulis honorantur Archiepiscopi, aut Episcopi, ut sunt titulus Reverendissimi, Beatissimi, Religiosissimi, Amabilis, Venerabilis, ex Divo Ambrosio lib. 2. epist. 17. l. Omne, Cod. de Sacrosanct. Eccles. l. Quoniam cum Clericis

*ius 25. l. Decernimus 26. l. Nulli 28. l.  
d'ancimus 46. l. Cum lege 50. l. Generaliter  
3. Cod. de Episcop. & Cleric. Aug. Barb.  
de potest. Episcop. part. 2. alleg. 1. num. 10.*

- 2** Et ut dignitas cognosceretur statutum est in lege Castellæ 16. tit. 1. lib. 4. recopil. Que a os Arçobispos, è Obispos seja obrigaçam chamarlo por senhoria: & in hoc Regno datur Episcopis, sed Archiepiscopi vocantur titulo *Illustrissimi*.  
**3** Et dicuntur Clarissimi, Eminentissimi, Serenissimique, ut tenet Sperel. decus. 128. num. 65. 66. & 67.  
**4** Et meritò, quia Episcopale munus præterquam quod est à Deo constitutum ad regimen Ecclesiæ, *Act. Apostol. cap. 20. Concil. Trid. sess. 23. cap. 4.*

Nec tantùm est dignitas, *cap. Cleros 5. 21. dist. sed culmen dignitatum, cap. Venerabilis, de præbend. cap. Si per ordinacionem 63. dist. cap. Legimus, 24. dist. August. Barbos. de potest. Episcop. tit. 1. cap. 2. Cæsar Hierarch. Eccles. disp. 6. Fragos. de regim. Reip. part. 2. lib. 8. disp. 18. § 1 num. 6. Villaroel. Govierno Ecclesiastico, part. 1. art. 6. cum multis Solorzan. de jure Indian. lib. 3. cap. 7. num. 2. Hopping. de jure insign. cap. 22. num. 47. Hallier. de sacra institutione lib. 1. cap. 6. sect. 1.*

**6** Ideo Hierarchæ appellantur, tanquam supremi in Ecclesia, ut expressè inquit Concil. Trid. sess. 23. de sacram. Ordinis, cap. 4. Hallier. ubi suprà, lib. 1. sect. 1. cap. 2. vers. Sed fusiùs, Cæsar dicit. disp. 6.

**7** Quare Episcopalis dignitas Illustris est. Valenz. conf. 82. num. 63. Bobadill. lib. 2. politicor. cap. 17. num. 15. Giurb. de feud. § 2. glos. 13. num. 59. cum multis novissimè Doctissimus Salzed. theatr. honoris glos. 22. n. 1. & seqq. & Archiepiscopi quasi Episcorum Principes dicuntur, *cap. Cleros, 21. dist. Cæsar Hierarch. Eccles. disp. 3. & 5. Fragos. de regim. Reip. part. 2. lib. 7. disp. 17. §. 1. Frances de intrusione quæst. 119. n. 8. Hopping. de jure insign. cap. 2. num. 348.*

**8** Et magis illustres sunt in dignitate, licet in potestate, exceptis casibus exprefsis, Archiepiscopi ac Episcopi idem sint, *cap. Conquestus 9. quæst. 3. Salzed. theatr. honor. glos. 22. num. 12. vers. At jure.*

**9** Suntque Magnates in Regno. Cæsar

*Hierarch. Eccles. disp. 5. §. 1. num. 6.*

Et sunt de Concilio Regis, & Principiis, l. 4. tit. 4. lib. 2. recopil. ex Perez, Bobadill. Garcia, Salzed. dict. glos. 22. num. 15. & 16. ubi etiam quod Archiepiscopis, aut Episcopis scribitur, de Conselho de sua Magestade.

Et habent alias prærogativas, de quibus latè August. Barbos. de potest. Episcopi part. 1. tit. 4. & 2 part. alleg. 1. per tot. & Andrade ac goes Episcopæ, cap. 1. Frances de Eccles. Cathredal. cap. 1. & seqq. & mediùs Sperel. decif. 128. num. 53. & seqq.

Quare possunt in suo Episcopatu, aut Archiepiscopatu quod potest Papa in toto orbe, exceptis reservatis, ut nos diximus forens. cap. 13. n. 5. Prosper Fagn. in cap. 1. de offic. Ordin. num. 28. & seqq. pag. 428. ubi latè explicat: & in cap. Dilectus, num. 16. de tempor. ordin. num. 16. p. 199. Solorzan. de jur. Indian. t. m. 2. lib. 3. cap. 10. num. 31. ubi multos refert.

Et ratione suæ excellentiæ & magnitudinis ejus palatum gaudet Ecclesiæ immunitate, quamvis sit absens, ad favorem confugientium ad illud, ex cap. Id constituum, 17. quæst. 4. latè explicat Ciarlin. forens. tom. 2. cap. 198. Cutel. de prisca. & recent. Eccles. libert. lib. 1. quæst. 27. Giurb. conf. 10. num. 3. & 13. August. Barbos. de jur. eccles. tom. 2. cap. 3. n. 70. Frances de Eccles. Cathredalib. cap. 29. n. 106.

Sicuti Palatium Regis, ac Principis in honorem humani Principis: latè Delbenè de immunit. eccles. cap. 16. dubit. 9. sect. 17.

Et ideo ut Magnus honoratur à Rege in sua præsentia, tam in fede, quam in alijs, de quibus doctissimus Andrade ac goes Episcopæ cap. 1. part. 1.

Regibus enim æquiparantur Archiepiscopi, & ideo in Hispania caput coronam Rege cooperiunt, sicut Magnates, vulgo Grandes, prout testatur eleganter Frances de Eccles. Cathredal. cap. 1. num. 103. & 104. & in nostro Portugalliae Regno non solum Archiepiscopi, sed & Episcopi.

Et coronant Imperatorem, aut Regem, ut tenet idem Frances de Eccles. Cathredal. cap. 5. num. 74 & seqq.

Et ratione dignitatis Canonici tenentur,

tur, & quare, eis assistere in Pontificalibus, & eos associare, & obviam ire illis venientibus ad Ecclesiam. Frances de Eccles. Cathedralib. cap. 14. num. 98. & seqq. & cap 29. num 154. Const. Ulissiponens. lib. 3. tit. 12 pag 202. Pasqualig. de sacrif. nov. leg. quæst 1029 & seq.

19. Et habendo imperium merum in sua Diœcesi habent familiam armatam, ut tenet Prosper Fagn. in cap Ecclesia, num. 31. de const. & num 45 pag 164. & 166. Sperel. decis. 124. num. 13. & 14. & habent privilegium respectu fori cæteris maius. Spere. decis 128. num 18.

20. Et præcipuus est administer Archiepiscopus, aut Episcopus in Ecclesia Dei virtutis, per quem Dominus jugiter in salutem credentium operatur; per quem munera distribuit gratia, actus exerit justitiæ, potestatis verò officia elicit; dæmones ligat, animas soluit, infernum claudit, cælum aperit, mysteria omnia suam in gloriam, nostramque utilitatem mirabiliter exequitur. Filius dextræ nimirum est Episcopus, cuius perviligi solicitudine, & præpotenti operâ Deus fortiter, ac feliciter utens, animas ne peccant in sinistra, deducit ad dextram, ab hœdis segregans inter oves refert, atque recenset, quibus æternæ vitæ pascua præparavit, ut tenet Dufausay in panop. Episcop. lib. 3. cap. 7. pag. 268. vers His.

21. Quare à Christo Domino nostro certum est, nedium fuisse institutam potestatem illorum, sed & Divo Petro, eiusque in Pontificali Sede successoribus immediatè concessam ipsammet potestatem anterorem, quæ ordinis vocatur, foro scilicet animæ dumtaxat convenientem, quâ à peccatis absolvimur, & ad pœnitentiam adstringimur. Matthæi cap. 16. ibi: *Tibi dabo claves Regni cælorum: cap. 2. 21. dist. car. Omnis uisusque 6. de pœnit. & remiss. Trident. sess. 14. de Sacram pœn. cap. 1. 5. & 6. Concil. Trident. sess. 23. de Sacram. Ordinis, cap. 4. Barb. de jure ecclesiast lib 1 cap. 8. n. 18. Escobar de purit. & nobilit. proband. 1. part quæst. 3. §. 3. num 83.*

22. Sed etiam exteriorem, cuæ iurisdictionis dicitur, ad conservandam Ecclesiæ majestatem, continendosque in offi-

cio populos necessariam, designatam Matib. dict. cap. 16. illic: *Et quoacunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis: cap. Ita Dominus, 7. 19. dist. cap. Quodcumque 6. 24. quæst. 1. cap. Solitæ 6. circa finem, verj. Nobis autem, de major. & obed.*

Quia verò Summi Pontifices non potuerunt omnibus provincijs interesse, eorum autoritate per singulas provincias, & diœceses singuli fuerunt Archiepiscopi, & Episcopi distributi, qui singularum curam ovium solicitudinemque gererent, qui proinde vocati dicuntur in partem solicitudinis; summi verò Pontifices in plenitudinem potestatis, cap. Multum 8. 3 quæst. 6 cap. Ad honorem 4. de author. & usu pallij. Ugolin. de offic. & potest. Episcop. part. 1. cap 1 § 1. num. 3. vers. Dixi, Valenz. in defens. monitor. contr. Venetos. 6. part. num. 252 optimè Concil. Trident. sess. 14. cap. 9. de reformat. Corona de potest. Episcop. cap. 4. tract. 1. num. 14. & seqq.

Est enim in inferiores Prælatos ecclesiastica potestas, & jurisdictio à Divo Petro velut fonte, & capite derivata, capite Dominus, 19. dist cap Per lectis 1. §. ad Episcopum, 25. dist. cap. 1. & 2. 80. dist. & 99 dist. cap. 1. 6 quæst. 3 cap. Significasti 18. de foro comp. cum multis latè Corona de potest. Episcop. tract. 1. cap 4 n 14. & seqq.

Ut unusquisque suas oves agnoscat, de eis enim rationem Domino reddere tenetur, ne ipsarum sanguis de suis manibus requiratur. Ezechiel. cap. 33. & 34. cap. Ephesij 4. vers. Mundus ergo, 43. dist. cap. 1. 13. quæst 1. cap. Irrefragabili 13 in princip. de offic ord cap. Qualiter & quando 24. de accus. cap penult de reg. jur. Trid. sess. 6. de reform cap. 1 & sess 14. cap. 9. Valenz. in monitor contr. Venet. 4. part. n. 296. & 200 & 5. part num. 226. vers. Potestas. Sayr. lib. 1. de censur. cap. 6. August. Barb. de potest. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 1 num. 6. & 18. & 2 part. alleg. 2 num 2. Cæsar de Eccles. Hierarch. part 1. disp. 6 § 4 num. 1. ad fin

Ideoque est fide usor ratione suæ potestatis, & vigilante, & custos Diœcessis ob potestatem, & solicitudinem, ut

varijs consilijs, juribus, & authoritatibus exornat Corona de potest. Episcop. tract. 3. cap. 25. & 26.

27 Et hæc potestas jurisdictionis non minus, quām altera ordinis supernaturalis est, & in finem supernaturalis principaliter dirigitur, ut videlicet homines supernaturaliter, & secundūm legem Evangelicam vivant, & gubernentur: & quatenus ad hanc supernaturalem gubernationem, & vitam opus est, etiam ad naturalia hujusmodi potestas protrahi, sive extendi debet, ut prosequitur Navar. in cap. Novit, notab. 3. num. 82. de judic. Sot. in 4. dist. 25. quæst. 2. art. 1. Suar. de relig. lib. 3. cap. 1. num. 3. & cap. 2. num. 5. Valenz. ubi sup. part. 5. num. 227. de qua potestate Archiepiscoporum est videntur Coron. de potest. Episcopi tract. 2. cap. 2. pag. 115.

28 Et ex hac potestate potest Archiepiscopus aut Episcopus temporali, aut spirituali jurisdictione uti quoties illa sibi necessaria fuerit ad expeditionem propriæ jurisdictionis spiritualis, & consequenter finem supernaturalem ad quem ipsa tendit, ut eleganter prosequitur in terminis idem Valenz. in defensione monitoy. dict. 5. part. num. 229. & 230. qui numeris sequentibus alijs multis ratiocinibus id eleganter confirmat.

29 In quo sensu duplēm hanc potestatem in Ecclesia residere, spiritualem scilicet in actu, & tempore in habitu, rectissimè traditur, ac deducitur ex sacra Pag. Ioannis cap. ultimo: *Omnis potestas mihi data est in cælo & in terra.* Et ex Lucæ cap. 22. deducitur esse duos gladios: cap. Quoniam, 8. juncta glos. penult. dist. cap. 1. cap. Per venerabilem 34. vers. Idem de electione: cap. Decernimus 8. de sententia excommunicationis in 6. Molin. de justitia & jure tom. 2. tract. 2. disp. 29. Morla in empor. jur. ad tit. de jurisdict. in prælud. num. 163. ad med.

30 Ex qua Archiepiscopus, aut Episcopus pro pastorali officio omnia crimina in suis Dioecesibus à quibuscumque commissa, ex quibus Deus optimus Maximus juraque spiritualia maximè offenduntur, ac lèdentur, & scandalum ac prompta peccandi occasio in Christiana

republica paretur, punire possunt, ac debent, tam per centuras, quām per alias pœnas, cap. 1. de offic. Ordinarij, ubi omnia tradit Ioseph Vela eleganter num. 1. cap. Scitote, 2. quæst. 3. cap. Per singulas 2. vers. Unumquemque, 9. quæst. 3. cap. Conquerente 16. vers. Nos autem, cap. Cùm Episcopus 7. de offic. Ordinarij in 6. Concil. Trident. sess. 6 de reformat cap. 1. & 3. & sess. 14. cap. 1. & 4. & sess. 24 cap. 8. Caesar de ecclesiastic. hierarch. 1. part. disp. 6. de Episcopis, §. 4. per tot. maximè num. 22. & 23. Clementin. unic. de supplenda negligientia Prælatorum, August. Barbos. de jur. ecclesiast. lib. 1. cap. 20. num. 3. & de potest. Episcopi part. 3. alleg. 80. num. 1. & alleg. 107. num. 4. Oliva de foro ecclesiast. 2. part. quæst. 3. num. 44. Loter. de re beneficiar. lib. 1. quæst. 9. num. 95. Sperellus dec. 4. num. 8. Fagn. in cap. Perniciosa, de offic. Ordin. pag. 427.

Quam exercere potest adversus omnes, qui in suo Archiepiscopatu residunt, & etiam respectu quarumcumque personarum ecclesiasticarum, tam secularium, quām regularium; quia omnes etiam exempti remanent subjecti correctioni, & punitioni Archiepiscoporum, aut Episcoporum, ex Concil. Trident. sess. 25. cap. 11. de Regularib. & sess. 21. cap. 8 de reformat. textus est elegans in cap. Cùm Episcopus, de offic. Ordinarij. lib. 6 cap. Cùm personæ, de privilegi. lib. 6. cap. Cùm venerabilis, de religiosis domib Clementin. 1. de for. comp. cap. Omnes basilicæ, 16. q 7 probat Bordon. in resolut. moral. resolut. 7 quæst 19. num. 69. & ita declaravit Sacra Congregatio Concilij, teste Barb. in Apostolic. decisionib. collectan. 439. verb. Jurisdictio, num. 6. Barb. de potest Episcop. alleg. 74 num. 2. & alleg. 80. num. 3. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 1. disp. 15. quæst. 2. per tot. & quæst. 7. num. 1. & seqq. optimè Corona de potest. Episcop. tract. 2. cap. 2. num. 3 ubi infinitos refert: optimè Baptist. Deluca theatr. verit. tom. 3. de jurisd. disc. 1. num. 18. & seqq. & optimè discept. 2. pag. 375 ubi omnia tradit, & ad contraria respondet cum Frances pastoral. Regul. 2. part. quæst. 2. num. 8.

Et ad hoc habet facultatem ferendi cen-

censuras. Corona de potest. Episcop. tract. 3. cap. 1. num. 2. & 3. ex ea ratione, quia Archiepiscopi, aut Episcopi habent auctoritatem jurisdictio[n]is, & vim coactivam per censuras & ita explicatur illud sacræ Paginæ apud Matth. cap. 18 n. 18. ubi Christus Dominus noster omnibus Apostolis ait: *Amen dico vobis quacunque alligaveritis super terram, erunt ligata & in celis*. Optimè Doctissimus noster Sylvanus. bi. quest. 113. & 115. eleganter in terminis Leander part. 4 de censur. tract. 1. disp. 11. Frances de offic. Cancel. quest. 87 num. 12. idem Leander de censur. 4 part disp 2 q 1.2. & 12. & disp. 4. quest. 14. ubi de simili edicto.

33 Habens enim jurisdictio[n]em, & potestatem ecclesiasticam potest decernere censuras, interdictum, & cessationem à Divinis. Fermosin. in cap Transmissam 15. de elect. in princip. num. 8.

34 Quare Archiepiscopus aut Episcopus in pastorali potest inducere in materia pœnali excommunicationem, & pœnam ipso jure, ut in terminis similis edicti tradit Ciarlin. forens. tom. 2. contr 147. & num. 5. Frances de officio Cancel. cap. 87. num. 12.

35 Et habet potestatem promulgandi edictum pastorale, de quo agitur, & transcriptum fuit cap. 1. num. 9. validè enim in his terminis illud condere potest, & ab omnibus observari debet t[em]p[or]e edictum pastorale. Textus est in c. 2. de maior. & obed cap. Ut an marum, de consti. lib. 6. Salas de legib. disp 8 sect. 7. n. 41. Suar. eod. tract. lib 4 cap. 5. num. 2. Vasques disp. 153. cap. 2. Bonac. de legib. disp 1. quest. 1. punct. 3. num. 24. relati à Ciarlin. contr. forens. 61. num. 12 & seqq omnino videndus Divus Thom. 1. 2. q. aet 90 art. 3. & 4. Lezan. tom 4 quest. reg. verbo Lex, n. 3. noviter & eleganter Corona de potest. Episcop. tract. 3. num. 1. & seqq. optimè August. Barb. de potest. Episcop. part. 1 tit. 4. num. 38. & in terminis similis editi & pastoralis prohibentis similia Pontificalia exerceri in monasterio exempto, & per Archiepiscopum promulgati, & affixi ex suo mandato, prohibent istitia Pontificalia & assistentiam cum censorum & interdicti pœna, tradit Luca

tom. 3. theatr. ver. & just de jurisd. discurs. 31. & ita manet justificatum decretum talis edicti affixi per Ecclesiarum portas, de quo in cap. I. num. 9.

Ut etiam contradicente Illustrissimo Nuntio, & ejus Reverendo Auditore ita evitaretur perturbatio, & usuratio Archiepiscopalij jurisdictionis, quia per illum præcautio antea prudentior erat, quam postea defensio. Horat. de Læl. epist. I. Pers. satyr. 3.

— Venienti occurrere morbo

Principijs obsta, sero medicina paratur:

Neglecta solent incendia sumere vires. Salzed. doctissimè theatr. honor. glos. 27. num. 25. & seqq.

Quare permittitur præcautio illius, 37 quod prudenter timetur in jurisdictio[n]is perturbationem, & in Reip. perniciem. Alberic. Gentil. lib. 1. cap. 14. Molin. de just. tract. 3. disp. 12 num 2 Diana resol. mor. tract 4 resol. 5. part. 6 Salzed. d. glos 2. n. 58. & 59. ubi exornat. Ex quibus justificatum manet pastorale, de quo h[oc] etiam præsente & contradicente Illustrissimo Nuntio, & ejus Reverendo Auditore; in hac enim materia non se intronitare possunt, quia pertinet ad jurisdictionis ordinariæ conservationem, in qua nihil possunt decernere, ut diximus supra, cap. 39.

## C A P U T X L V .

De sigilli fide in pastoralibus; & utrum Archiepiscopus aut Episcopus possit habere sigillum? etiam præsente, & contradicente Nuntio Apostolico cum potestate Legati à latere.

## S U M M A R I U M .

- 1 Signum imprimere rebus solum est permisum Principi.
- 2 Et etiam Archiepiscopus, aut Episcopus, Sigillo Episcopi creditur, & ei tribuitur fidis. & num. 4. & 5.

- 6 Quid in violante sigillum.  
 7 Munus sigillandi apud Cancellarios Ecclesiasticos est.  
 8 De sigillo qui agant. Archiepiscopus, aut Episcopus possunt prohibere ne aliquis suo sigillo utatur: ibid.

**Q**UAMVIS AXIOMA NOSTRI JURIS SIT, SIGNUM IMPRIMERE REBUS SOLI PRINCIPI ESSE PERMISSUM, GLOS. TITULI *m cap. Consuetudo, 16. q 6.* ex Concilio desumpto sancti Gregorij lib. 4. epistol. 43. ad fin. lib. 12. de quo est titulus Codicis, *Ut nemopriavatis titulis:* & apud nos sit indubitate, ex Ord. lib. 1. tit. 2. ubi multos allegavimus ex glos. tom. 2.

2 Attamen cum Archiepiscopus, aut Episcopus sit sacerorum Princeps, ecclesiastico ei quoque jure concessum est, ut sacris rebus sigillum suum apponat, eodemque in suis literis utatur pro authenticâ earum ob-signatione, quia Episcopi sigillum authenticum est. GLOS. *Publico,* in extravaganti Execrabilis, de præbend. inter communies, cap. *Dilecto,* de confirmatione utili vel inutili: & GLOS. 1. in cap. 2. de fide instrumentor. ubi lactime Barb. & Fermosin. Frances de Eccles. Cathred. cap. 22. n. 92. & seqq.

3 Adeo ut etiamsi jus sacrum maioris momenti negotia statuat per Episcopum cum Capituli consilio, vel assensu tractari; nihilominus decernat Episcopi sigillo credi, etiamsi cum eo non adsit Capituli sigillum. GLOS. *Literas,* in cap. Post cessionem, de probationib. At verò sigillo Episcopi tribuitur fides, & sic fractura sigilli non vitiat instrumentum, si fuit à principio publica manu confitum cum debitis solennitatibus, *cap. inter dilectos, §.* Sed contrà, de fide instrumentor. ubi Fermosin. & Barb. dummodo appareat orbita, & character. GLOS. *Dimidia*, ibidem: quin nec sigillum reprobatur ex eo, quod nomen authoris integre non ferat. GLOS. *Non statim,* in canone. Si quis (inquit) 1. quest. 1.

4 Cæterum propter eminentiam dignitatis id etiam à jure cum Episcopis habent Cardinales, ut eorum sigillis creditur, prout authenticis, dum tamen

nota sint, *cap. Inter dilectos, glos. Dilecto,* de fide instrumentor. ubi Barbos. & Fermosin.

Si tamen in sigillis ecclesiasticis nomen authoris ex toto deletum sit, literæ designatae non dicuntur, proinde nec authenticæ, ut ibidem constat.

Sed si quis sigillum actorum violat, aliquid contrà opponere non potest, *cap. Cum olim magister 53. de offic. delegat.* ubi Barb.

Quod munus apud Cancellarios Ecclesiasticos est, ut prosequitur Dufausay in opere *de mysticis Galliae Scriptoribus, saeculo I. in Paul. ritu 11. ab eo tradito, tit. 1.* qui est de sacris Cancellarijs, pag. 75. & seqq. & in *Panoptia Episcopali, lib. 3. pag. 244.*

De hoc sigillo agit *text. in cap. Significavit, de appell.* ubi Barbos. Fermosin. & Fagn. & post alios Frances de Eccles. Cathred. cap. 22. num 93. & seqq. ubi etiam quod possunt prohibere, ne aliquis suo sigillo utatur; & ita ei credendum est: & cum edictum cum sigillo fuit factum in forma consueta, ei standum est, & erat etiam contradicente Nuntio Illustrissimo, ex dictis *sup. & cap. 44.*

## C A P U T X L V I .

De obedientia debita Archiepiscopo aut Episcopo à subditis, etiam præsente Nuntio cum potestate Legati à latere, & eo contradicente, in materia pertinente ad munus Episcopale: ac etiam de nullitate edicti affixi ab Episcopo contra Archiepiscopi diœcesani edictum pro defensione commissionis obtentæ ab Illustrissimo Nuntio cum potestate Legati à latere.

## S U M M A R I U M .

I Potestates duæ sunt, spiritualis, & temporalis.

2 Obe-

- 2 Obedientia debetur primo loco potestati ecclesiastice: & num. 3.
- 4 Pontifex summus potestatem suam communicat Episcopis.
- 5 Archiepiscoporum, aut Episcoporum dignitas laudatur & ostenditur: & num. 6.
- 7 Episcopi dicuntur judices corporum & animarum.
- 8 Princeps & reliqui fideles debent obedi- re Pontificibus & Episcopis.
- 9 Ecclesia magis in sue jurisdictionis, quam in bonorum turbatione turba- tur.
- 10 Praecepto sub pena excommunicationis contraveniens dicitur contemnere claves, & potestatem Ecclesiae; & ex- communicationi & interdici potest per edictum quod affigi potest per Eccle- siarum partas: & n. II.
- 12 Procedens de facto & sine jurisdictione reputatur privatus, & procedit nul- liter: & num. 13.
- 14 Potestatis defectus semper reddit actum ipso jure nullum, & edictum invalidum, adeo quod nec ex causa urgenti suppletur.

**E**X Divo Paulo cap. 13. epist. ad Ro-  
man. illud est præmittendum, po-  
testates sublimiores duas esse à Deo  
concessas; spiritualem, & sæcularem.  
Hanc Principes temporales habent; al-  
teram Pontifices Summi, & ab ipsorum  
fonte inferiores Prælati. Hæc caput, &  
origo sæcularis potestatis, cap. Cùm ad  
verum, cap. Duo sunt, 96. distinc. cap.  
Quoniam, distinc. 10. Alvarus Pelagius  
lib. 1. de planctu Ecclesiae, cap. 52. & seq.  
Petr. Gregor. in syntaxi artis mirabilis,  
tom. 2. lib. 4 cap. 34. num. 10. cap. Solitæ, de  
majoritate & obedient. Franc. Arias in  
tract. de bello, & ejus just. vers. Siquidem,  
n° 207. De his loquitur Paulus, qui non  
solum est intelligendus de Principibus  
Sæcularibus, sed de Ecclesiasticis, ut in-  
terpretantur Divus Chrysostomus,  
Theophylactus, & Oecumenius in expo-  
sitione illius loci, & in declaracione il-  
lius sententiae Pauli 1. ad Corinth. cap. 4.  
Quid vultis? in virga veniam ad vos; an  
in spiritu mansuetudinis? Ubi nomine vir-

gæ intelligunt Chrysostomus, & Divus  
Augustinus lib. 3. cap. 1. contra epistolam  
Parmenianam, potestatem judicariam  
penes Ecclesiasticos Pontifices exitten-  
tem, ad puniendum peccatores in foro  
exteriori. Michael Agia dict. tract. de  
exhibendis auxilijs, fundamento 6. addu-  
cens in confirmationem, quod Christus  
ut Rex Ecclesiæ habet virgam, quæ in  
Psalm. 2. diciur ferrea, quia est inflexibili-  
lis, Apocalypsis 2 cap. & 12. & 19. Micheæ  
cap. 7. Pasce populum tuum in virgâ. Et in  
Psalm. 44. dic tur virga directionis, per  
phrasim Hebraicam, quasi virgam re-  
ctam, & quæ justè punit.

Ex his duabus potestatibus primo lo-  
co habetur obedientia, honor, & amor  
spirituali potestati, & Pontificie; nam  
qui exercent hanc potestatem præcipuo  
quodam dictionis affectu diligi de-  
bent: unde Paul. ad Galath. cap. 4. tale  
quoddam eis testimonium præbet di-  
cens, quod si fieri potuisset, etiam oculos  
suos eruisserent, & dedissent ei. Unde  
Beda Presbyter lib. 1. Ecclesiastice histo-  
riæ gentis Anglorum, cap. 23. eam episto-  
lam Sancti Gregorij intexit, quam scrip-  
fit cùm Augustinum in Angliam mitte-  
ret contra Pelagianos, in cuius fine hæc  
verba subjunxit: Remeanti autem Au-  
gustino Præposito vestro, quem & Abba-  
tem vobis constituimus, in omnibus humi-  
liter obedite, scientes hoc vestris animabus  
per omnia profuturum, quidquid à vobis  
fuerit in ejus admonitione completum

In idem tendit quod ait D. Paul. in 3  
dict. cap. 13. ad Hebræos, potestates Ec-  
clesiasticas denotans: Obedite præpositis  
vestris, & subiacete illis; ipsi enim per vigi-  
lant, quasi rationem de animabus vestris  
reddituri. Sic etiam Christus monuit  
Matth. 23. Phariseis sedentibus super  
Cathedram Moysis obediendum esse.

Præfatam autem virgam seu potesta-  
tem Pontifex communicat Episcopis,  
qui ipsius Christi nomine Ecclesiam re-  
gunt, cap. In novo, 21. distinc. cap. Quo-  
rum vices, 68 dist. cap. Firmiter, de sum.  
Trinitat. & fid. Cathol. Vargas de Epis-  
copor. jurisdictione, in principali quæstione.  
Navar. in cap. 9. notabili 3 num. 94. de ju-  
dic. Soto in 4 distinc. 20. art. 4 conclus. 2.

Covarr. in reg. Peccatum, 2. part. § 9. n.  
 5. vers. 4. de regul. jur. in 6. Caetan. de  
 auth. Papæ & Concilij, cap. 19. Vict. re-  
 lect. 1. de potest Eccles. sect. 2. num. 2. & 12.  
 nam Joannis ult. cap. constat quod dis-  
 cessurus Iesus Christus secundum cor-  
 poralem præsentiam, loco sui Aposto-  
 los subrogavit, dicens: *Pax vobis, sicut  
 misit me Pater, ita ego mitto vos. Accipite  
 Spiritum sanctum, &c.* nec aliud voluit  
 cum Luce 10. eisdem dixit: *Qui vos au-  
 dit, me audit.* Et in hunc sensum ista duo  
 loca accipit Divus Cyprianus in tract.  
 de simplicit. Prælatorum, & in epistol. ad  
 Fiorentium & Pupianum. Optimè Divus  
 Ignatius in epist. 2. ad Tralianos, qui post-  
 quam Episcoporum commendavit obe-  
 dientiam, ait: *Quid est Episcopus, nisi om-  
 nis Principatus & potestas?* Martinus  
 Ayala in lib. de Divinis, Apostolicis atque  
 Ecclesiasticis traditionibus, 3. part. §. Quod  
 Episcopi vices agunt Christi, & in § Quod  
 potestas Episcopalis ad leges, & instituta  
 condenda se extendit. Unde Concilium  
 Trident. sess. 23. can. 6 declarat Episco-  
 pos à Christo, & Spiritu sancto institu-  
 tos esse, atque ab ipso potestatem habe-  
 re. Et Divus Clemens lib. 3. recognitio-  
 num, refert Petrum Apostolum dixisse:  
*Zaccheum vobis ordinavi Episcopum,*  
*quem quasi Christi locum servantem hono-*  
*rare debet, obedientes ei ad salutem ve-*  
*stram.* Idem Clemens 3. epist. Omnis Pon-  
 tifex sacro chrismate perunctus; & in Ci-  
 vitate constitutus, charus, & pretiosus ho-  
 minibus oppido esse debet: quem quasi Chri-  
 sti locum tenentem honorare omnes debent.  
 Simancas in tract. de dignitat. Episcopor.  
 cap. 2.

5 Et clariùs constat ex illo Actuum  
 Apostolorum, cap. 20. *Attendite vobis, &*  
*universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus*  
*posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Et  
 Divus Paul. 1. ad Timoth. cap. 5. *Adver-*  
*sus presbyterum accusationem noli accipere,*  
*nisi sub duabus aut tribus testibus.* Quibus  
 verbis aperte docet, Episcopum ultra  
 forum conscientiae suum Tribunal ha-  
 btere, & more judicum saceruli accusatio-  
 nes, & probationes audire, & judicare  
 secundum allegata & probata, nedum  
 Clericos, sed etiam laicos; quia teste D.

Chrysostomo per presbyterum intelli-  
 gitur quilibet homo senior, sive sacer-  
 dos, sive laicus: ex quo Michael Agia  
 dict. fundament. 6. Cardinalem Bellar-  
 minum tom. 1. controversial fidei, lib. de po-  
 test. Papæ, concludit etiam laicos pro  
 criminibus conveniri in exteriori foro  
 coram Episcopis. Doctè Vargas de Epis-  
 cop. iurisdict. respons. 6.

Ham superioritatem Ecclesiasticæ 6  
 potestatis non in eleganter ostendit Bea-  
 tus Ignatius in epist. ad Philadelphenses,  
 inquiens: *Principes subditi estote Cæsari,*  
*milites Principibus: Diaconi Presbyteris,*  
*ut sacrorum administratoribus; Presbyteri*  
*autem & Diaconi, atque omnis Clerus si-  
 mul cum omni populo & milibus a que*  
*Principibus, sed & Cæsares obediant Epis-  
 copo, Episcopus vero Christo.* Idem D.  
 Ignatius in epist. ad Tralianos, Episcopo,  
 inquit, subditi estote sicut Domino; ipse  
 enim invigilat pro animabus vestris, tan-  
 quam rationem redditurus Deo, Et infrà:  
*Necessarium vobis est nihil præter Epis-  
 copum facere, neque aliquid agere: sed &*  
*Presbyteri subditi estote, ut Apostoli Je-  
 su Christo.* Et in fine epist. postquam com-  
 mendavit obedientiam, quæ Ecclesiasti-  
 cæ Patribus debetur, adiungit: *Qui istis*  
*inobedientis fuerit, hic sine Deo omnino erit*  
*impius, & contemnens Christi ordinatio-*  
*nem.* Hoc confirmat D. Athanaf. in com-  
 mentar. epistolæ ad Hebreos, indifferen-  
 ter commendans obedientiam Prælatorum,  
 versans, & ponderans illud Pauli:  
*Obedite præpositis vestris, ex subiacete eis.*  
 Fr. Michael Agia dict. tract. de exhiben-  
 dis auxilijs, fundamento 20. D. Basil.  
 serm. 3. exercitamentorum, & D. Chry-  
 sostomus homilia 6. in Genesim, Martinus  
 Ayala ubi proximè.

Et præ omnibus D. Gregor. Nazian-  
 zenus oratione 15. ad Cives timore per-  
 culfos, & Imperatorem irascentem, ait:  
*Quid autem de vobis dicemus Principes,*  
*& in potestatibus constituti? num sermo-*  
*nem suscipitis liberum?* Et quod lex Chri-  
 sti vos meæ potestati, meoque subjicit tribu-  
 nali? Imperamus enim & ipsi; addo impe-  
 rio maiori, & perfectiori; nisi oportet po-  
 tius, ut spiritus subsit carni? Cœlestiaque  
 terrestribus. Quasi hoc neget. Ideoque  
 Epis-

Episcopi dicuntur judices tam corporum, quam animarum, cap. *Quæcunque 10. quæst. 1. cap. De persona 11. quæst. 1. can.* Et sunt plures, 18. q. 2. Petr. Gregor. tom. 1. *Syntaxis artis mirabilis, lib. 2. cap. 20. num. 7.* Antonius Augustinus in *epitome veteris juris Pontificij, lib. 4. tit. 87. & tit. 1.*

8 Et D. Clemens non uno loco id ostendit; siquidem epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini ait, jubetque *omnes homines, & Principes Episcopis obedire, & capita sua submittere*, ut D. Petr. præcipiebat, cap. *Omnis, de maioritat.* & obedient. idem Clemens lib. 2. *constitutionum Apostolicalium, cap. 2.* O Episcope, stude munditiæ operum excellere, cognoscens locum, ac dignitatem tuam, tanquam locum Dei obtinens, eo quod præes omnibus Dominis, Sacerdotibus, Regibus, Principibus, filijs, magistris, atque subditis omnibus. Et cap. 30. *Episcopus est post Deum pater vester: is Princeps, & Dux, & Rex vester: denique is terrenus Deus post Deum, cui à vobis honor debetur.* Et cap. 38. Episcopos esse Principes, & Reges vestros putato te; quia quanto anima corpore est excellentior, tantum sacerdotium Regno præstat. Ideo Episcopum diligere debetis; timere ut Regem, diligere ut Patrem, & honorare ut Dominum. D. Ignatius superius citatus epist. 7. *Ego dico honorate Deum auctorem omnium, & Dominum: Episcopum autem tanquam Principem Sacerdotum, imaginem Dei ferentem: Principatum quidem secundum Deum: sacerdotium vero secundum Christum; post honorare oportet etiam Regem.* Quare his autoritatibus satis aperte constat, esse potestatem ecclesiasticam, eamque superiorem, & cui maior obedientia debeatur: & de ipsa est intelligenda dicta authoritas D. Pauli *ad Hebreos cap. 13.* Et de simili obedientia est omnino videndus eleganter his non consideratis Cyriac. *forens. contr. 26. num. 16. & seqq.* & in specie de tali obedientia exhibenda Archiepiscopo Cutel. *de pris. & rec. immunit. Eccles. lib. 1. cap. 27. n. 7.* Frances de Eccles. *Cathred. cap. 31. n. 22. & seqq. 27. 30. 35. 36. 53.* Ramirez de *in confirm. Ord. Divi Jacobi cap. 10. n. 2.*

Pars I.

p. 30. Barbos. *de potest. Episcop. 3 part. al-*  
*leg. 128.*

Et cum obedientia debita Edictis II. lustrissimi Archiepiscopi non præstaretur à subditis, ut tenebantur ex dictis, optimo jure decrevit Pastorale, seu Edictum, de quo in cap. seq. agemus, propter jurisdictionis turbationem, & contraventionem: quia Ecclesia magis in suæ jurisdictionis, quam in bonorum turbatione turbatur, ut tenet Alex. Sperel. *decis. 160. num. 21.*

Præcepto enim sub pena excommunicationis contraveniens dicitur contemnere claves, & potestatem Ecclesiae, & excommunicari, & interdici potest per edictum; quia jam adest contumacia, quæ sola sufficit ad edictum justificandum cum penis in eo contentis, ut ex textu in cap. certum 11. quæst. 3. Innocent. in cap. Ex parte 23 num. 4 de verbis. signif. Sperel. *dict. decis. 160. n. 22.*

Et ad hoc ut per Ecclesiarum portas affigi potuisset tale edictum, decretum est propter notoriam contraventionem, contemptum, & inobedientiam notoriæ, ut in terminis est gloss. in c. *Cum sit Romana 5. §. Præterea, verb. Requisitum, de appell. per quam ita tenet Sj erel. dict. decis. 160. n. 40. & per tot. Ex quibus optimo jure fuit decretum edictum de quo in cap. sequenti, in suæ jurisdictionis usurpatæ defensionem, in epist. de qua num. 8. & in annullatoria, de qua num. 7. transacta de facto, & absque jurisdictione, & cum illius notoria usurpatione, & nullitate digna talis edicti Illustrissimi Archiepiscopi, & etiam maioris, juxta formam Bullæ cœnæ Domini cap. 16 ut in his terminis tenent, & disponunt Concil. Trident. *sess. 25. de reform. cap 5. Const. Ulißponens. lib. 5. tit. 27. pag. 477. §. 14. & 16.* ad varias quæstiones eleganter explicat Leand. *de cens. part. 4. tract. 3. disp. 16. quæst 1. & seqq.* Castro Palao mor. 6. part. tract 29. disp. 3. punct. 17.*

Neque obstant fundamenta relata in charta, de qua cap. 1. num. 7. quia esto quod Illustrissimus Nuntius potuisset concedere facultatem ad hoc ut Illustrissimus Episcopus exerceret Pontifi-

calia , & baptizaret etiam absque licentia Illustrissimi Archiepiscopi contra iuris veras resolutiones , de quibus suprà cap. 37. 38. & c. 39. adhuc contra decreta Illustrissimi Archiepiscopi non erat licitum dicto Illustrissimo Episcopo cum suæ jurisdictionis usurpatione tale edictum affigi in Ecclesiarum portas adversus Pastorale Archiepiscopi ordinarij in sua Dioecesi , qui habebat jurisdictionem fundatam in jure , & ut Prælatus adversus perturbatores , & usurpatores suæ jurisdictionis procedebat, adversus quem erat prohibitum dicto Illustrissimo Episcopo tale edictum decernere de facto contra suum Prælatum, absque jurisdictione, quam etiam in hoc casu non habebat delegans , ut diximus cap. 40. & minùs subdelegatus ab eo, etiam in casu quo potuisset committere, & subdelegare ; quia nec tunc habebat jus ad se intromittendum in tali jurisdictione , eam perturbando , & usurpando ; & tale edictum decernendi de facto absque potestate , jurisdictione, & commissione ad hoc expressa : quam potestatem nec etiam Illustrissimus Nuntius habebat ad perturbandam jurisdictionem ordinariam, ut diximus cap. 39. & minùs subdelegatus ex commissione nulla , & odiosa contra suum Prælatum, ex fundamentis , de quibus eleganter in pastorali Illustrissimi Archiepiscopi , de qua cap. 1.

<sup>13</sup> Et etiam , quia in hoc casu absque jurisdictione , & obedientia debita Prælato ordinario omnia decrevit de facto dictus Illustrissimus Episcopus , & absque jurisdictione : in quo casu excedendo suam commissionem , esto quod fuisset valida, & usurpando jurisdictionem ordinariam , nulliter de facto, & ut privatus decrevit , & edictum jussit affigi , ut ex Clement. *Pastoralis* , §. Cæterum , de sent. & re judic. ibi : *Cum nullam super præmissis potestatem haberet: l. prohibitum, Cod. de jur. fisc. lib. 10. ibi: Si excesserit, privatus est: tot. tit. Cod. si à non compet. judic. cum multis Valasc. in libro intitulato *Perfidia de Alemania*, tit. 1. art. 1. in princip. num. 1. & seqq. & Nos diximus forens. cap. 18. num. 39. & de ratione n. 41.*

optimè Frances *in pastoral. Reg. part. I. gloss. 10. num. 15.*

Et ideo potestatis defectus semper <sup>14</sup> reddit actum ipso jure nullum , & editum invalidum , ut cum multis tenet Prosper Fagn. *in cap. Accepimus* , n. 44. *de paet. pag. 465. & in cap. Nimis, de fil. presbyt. n. 12. pag. 333.* ubi quod nec ex causa urgenti suppletur.

Nulla enim in jure major nullitas est, <sup>15</sup> quam defectus potestatis : & quod ultra potestatem fit , nulliter fit. Giurb. *decis. 96. num. 10.* Boer. *decis. 299.* Oliban. *de jure fisc. cap. 15. num. 39.* Riminald. Iun. *conf. 281. num. 70.*

## C A P U T    XLVII.

**D**e defensione Pastoralium Illustrissimi Archiepiscopi , & de pœnis excommunicationis , ac interdicti in eis promulgatis : ac etiam de speciebus interdicti, necnon excommunicationis , in quibus fundata fuere , etiam præsente Nuntio Apostolico, & contradicente.

## S U M M A R I U M.

- 1 *Potestas in Ecclesia ferendi censuras est de fide , & oppositum est hereticum.*
- 2 *Censura unde originem trahat.*
- 3 *Excommunicationis censura quid sit, & quotuplex dividatur: & num. 4.*
- 5 *Nomine excommunicationis simpliciter prolatæ quid intelligatur.*
- 6 *De excommunicationibus positis in jure.*
- 7 *Interdictum quid sit , quotuplex dividatur , & unde originem trahat: & num. 8.*
- 9 *Interdictum quomodo differat ab alijs censuris , aut cum ipsis conveniat : & num. 10.*
- 11 *Interdictum aut est locale , aut est personale, & quid comprehendat.*
- 12 *Interdictum locale , aut personale dividitur in generale & particulare, & quo-*

- & quomodo: & num. 13.
- 14 Interdictum aut est totale, aut partiale, & quomodo.
- 15 Interdictum aut est censura, aut pæna.
- 16 Desuspensionibus & interdictis positis in jure.
- 17 De cessatione à divinis.
- 18 Cessatio à Divinis in quo differat ab interdicto.
- 19 Cessatio à Divinis dividitur in generalem & specialem.
- 20 Pænæ canonice in quo convenienter cum Civilibus.
- 21 De defensione Pastoralis promulgatae circa interdicta etiam observanda in loco exempto, præsente, & contradicente Nuntio Apostolico.
- 22 Interdictum ponitur ob ecclesiasticam jurisdictionem violatam, & perturbatam.
- 23 Interdictum ab ingressu Ecclesiæ ponitur contra Episcopum contradicentem.
- 24 Archiepiscopi aut Episcopi sunt delegati à Sede Apostolica quoad executionem decretorum Concilij Tridentini.
- 25 Episcopi an possint excommunicari ab Archiepiscopis: & num. 26.

**C**um Illustrissimus Archiepiscopus haberet facultatem promulgandi pastoralia cum poenis sibi visis censuræ & interdicti, & secundum arbitrium suum fulminatis, ut ostendimus cap. 44. per totum, sequitur defendere ejus edictum optimo jure decretum, tum ex dictis cap. 46. quia potestas ferendi in Ecclesia censuras est de fide, ut testatur post Suarez tom. 5. disp. 1. sect. 2. num. 14. Coninck disp. 13. de censur. num. 24. Bonacinc. disp. 1. quæst. 1. part. 1. num. 2. & oppositum esse hæreticum testatur Avila de censur. part. 1. dub. 2. Alphons. de Leon, de censur. pag. 1. num. 9. ideo oportet defendere ejus edictum, de quo in cap. 1. n. 5. & agi de excommunicationis & interdicti speciebus, & de illis, in quibus fundata fuere pastoralia.

**2.** Censura autem dicitur non solum à censendo, quod significat sententiam ferre; sed etiam à censo, quod significat ca-

stigare, & corrigere: unde morum correctores olim dicebantur censores, ut ex Navar. Sayro & alijs tenet Leon ubi supra, num. 1.

Excommunicatio autem est censura, privans excommunicatum communione fidelium: dividitur in maiorem & minorem. Maior privat activo & passivo Sacramentorum usu, suffragijs Ecclesiæ, & communione totali fidelium, quæ vel politica est, vel spiritualis: tum externa in eorundem Sacramentorum, & sacrificij usu, alijsque sacris officijs; tum interna in participatione fructus suffragiorum Ecclesiæ. Hanc propriam & plenam, ut ita dicam, excommunicationem vocavit Cyprian. & Tertull. exclusiōrem, abstentionem à communione Ecclesiæ, vel fraternitatis; submotionem ab omni non modò limine, verū etiam tecto Ecclesiæ, exauthorationem, & ejectionem ab Ecclesia, eradicatiōnem, alijsque similibus nominibus, quibus excommunicatum, sive abstinentia significant esse citra omnem fidelium cœtum: quæ diligenter concessit Pamphilus ad epist. 38. Cyprian. num. 10. & ad cap. 14. Tertul. de pudicitia num. 119. Minor privat solo passivo sacramentorum usu, & idcirco minor dicitur, quia paucioribus privat, & propter minores culpas contrahitur, & veniales aliquando, cum maior graviorem culpam semper supponat. Cum alijs notat August. Barbos. ad rubric. de sent. excommunicat. n. 8. 9. & 10. Conſt. Archiep. Uſſiponens. lib. 5. tit. 25. in princip. Frey Ludovic. da Conceiçam statim citandus, Leand. part. 4. disp. 1. q. 1. tract. 1. & tract. 2. quæſt. 1. & 7. Castro Palao de cens. 6. part. tract. 29. disp. 1. punct. 1. dub. 1. & 2. Fermosin. in cap. Intellecto, de judic. quæſt. 1. & seqq.

Malè vero hanc divisionem esse analogi in analogata dixerunt Henrīq. lib. 13. cap. 2. num. 2. Sayr. lib. 1. cap. 54. n. 18. & Alter. lib. 1. disp. 2. cap. 5. Layman. tract. 5. lib. 1. part. 2. cap. 1. num. 1. Cum enim privat passivo usu Sacramentorum, quæ sunt præcipua Ecclesiæ bona, vera, & propria excommunicatio est: neque repugnat Innoc. in cap. Illa quotidiana, de election. & ibid. Panorm. num. 4. dum vo-

cant simplices excommunicationes; neque enim ea vox tollit rationem excommunicationis, sed solum quandam amplitudinem illius effectus. Neque aliud voluit S. Thom. *in addit. 3. p. quæst. 21. art. 1. ad 4.* adductus à Sayro, dum negat definitionem excommunicationis totaliter illi convenire, sed tantum quoad aliquid; vult enim tantum S. Doctor eam definitionem, quæ in objectione allata fuerat, per quam excommunicatio dicebatur privare communione bonorum Ecclesiæ & suffragijs, non convenire secundum totam materiam illius privationis huic excommunicationi, quæ tamen vera est excommunicatio, quæ privat communicatione fidelium, sive omni & totali, sive aliqua tantum. Quamvis autem possent esse plures excommunications minores, sicut possunt esse privationes partiales communionis fidelium, quam totaliter prohibet excommunicationis maior, in usu tamen ecclesiastico non nisi illa, quæ privat usu passivo sacramentorum talis dicitur, ut ostendit Suar. *diss. 24. sect. 1.* notat August. Barb. *ad rubric. de sent. excom. num. 8. 9. & 10.* Const. Ulißiponens. ubi sup. Passerin. *de pollutione Eccles. diss. 8. cap. 5. pag. 286.* Lusitan. Frey Ludovic. de Conceiçam *exam. Theolog. mor. tract. 1. de opinion. probab. §. 3. lit. C. pag. 67.* Leand. *dict. part. 4. quæst. 2. tract. 1. & tract. 2. diss. 7. quæst. 1.* Castro Palao *dict. punct. 1. & diss. 2. per tot.*

**5** Nomine tamen excommunicationis simpliciter prolatæ intelligitur perpetuò excommunicatio major, *ex cap. Si quem, de sentent. excommun.* ubi DD. Glos. & Panor. id fusiùs tradunt, Const. Ulißipon. statim citanda: nisi ex quibusdam adjunctis colligatur aliud, quām solum usum passivum Sacramentorum prohiberi, ut *in cap. Cum excommunicato 11. quæst. 3. & cap. Qui excommunicato, ibid.* ubi communicans cum excommunicato eandem cum ipso excommunicationem incurtere dicitur; quod non nisi de minori excommunicatione intelligi liquet. Ratio verò aperta est; cùm enim, ut observat Ioann. Monach. *in gloss. extravagantis 1. de sentent. excommuni-*

*cation. vox Excommunicatio, ex propria vi significet expertem communionis facere, quod sola præstat excommunicatio maior, illa sola ex vi, & nativa vocis significatione intelligenda erit. Deinde quælibet dictio in potiori significatione accipienda est, ex Glof. *ml. 1. ff. de verbis obligat.* Non diffiteor tamen ante Gregorium IX. cuius est illud caput penult. de sententia excommunicationis, nomine excommunicationis simpliciter, & absolute prolatæ significatam fuisse minorem: quod videtur manifestè colligi *ex cap. Engeltrudam, 3. quæst. 4.* & notavit Avila *2. part. cap. 1. diss. 2.* & Mart. Peresius *de traditionibus 3. part. tit. de excom §. 1. sub finem:* tunc enim magis timebant fideles prohiberi à receptione sacramentorum, quām tunc à tota communione Ecclesiæ. Quod observat Henriq. *lib. 13. cap. 2. num. 2.* Atque hac ratione facile conciliantur diversa jura; distinguenda enim sunt vetera à posterioribus post Greg. nonum, qui nobis eam regulam universalem tradidit, & Const. Ulißipon. *lib. 5. tit. 25. decret. 1.* & in princip. Valenz. *contr. Venet. 5. part. num. 70.* Passerin. *dict. cap. 5.* Leand. *de cens. 4. part. tract. 2. diss. 1. quæst. 8.* Castro Palao *ubi suprà.**

De excommunicationibus positis in jure cum multis juribus Const. Ulißipon. *lib. 5. tit. 30.* Castro Palao *sup. diss. 3. per tot.*

Interdictum antiquâ & bene Latinâ significatione veteribus utriusque juris conditoribus non incognitâ est prohibitiō quædam, sicut interdicere est prohibere, ac vetare: unde solennis illa formula interdicendi aqua & igni exilibus, atque interdicta prohibitoria in jure civili; & in jure Pontificio titulus est de contracto matrimonio contra interdictum Ecclesiæ, verboque interdicendi utitur Concil. Aurelian. 3. Childeberto regnante coactum, *can. 7. 10. & 21.* illoque antiquius Eliberitanum, Pontifice Sylvest. I. circa tempora ferè Nicæni, *can. 16. 40. 49. & 62.* Apud veteres tamen Iurisconsultos non solum erant interdicta prohibitoria, sed etiam restitutoria & exhibitoria, ut Author est Iustinian.

stinian. initio in l. *De interdicto*: erant enim interdicta, quod observavit etiam Glos. in cap. *Pastoralis*, de causa possess. & propriet. decreta quædam Prætoris inter duos litigantes de possessione, interea dum causa principalis & proprietatis disceptaretur: nihil enim definiebat, aut decidebat Prætor, sed informabat Iudices ad quem litigatores remittebantur. Itaque erat rithmus, sive ordinatio futuri de proprietate judicij. Quare aliqui volunt interdicta fuisse appellata, quod inter duos dicerentur; alij quod interim, dum de proprietate litigabatur, rogarentur: itaque sunt interlocutiones & sententiæ latæ à Prætore in causa possessionis. Quâ de controversia, & nominis hujus significatione vide plura apud Briffon. Budæum, Hotom. & Cuiac. lib. 5. obseruat cap. 7. usu verò ecclesiastico jam obtentum est, ut interdictum pro certa quadam & peculiari censura ab excommunicatione, & suspensione distincta usurpetur, cap. *Quærenti*, de verbis significat. ubi multos refert, & notat August. Barbos. in collect. 5. & seqq. Conſt. Ulissiponens. lib. 5. tit. 40. in princip. Leand. de cens. tract. 5. disp. 1. 4. part. Caſtr. Palao dict. 6 part. tract. 29. disp. 5. per tot.

8. Est itaque interdictum censura ecclesiastica prohibens divinorum officiorum celebrationem, sacramentorum activam & passivam administrationem, atque ecclesiasticam sepulturam, quatenus res quædam sacræ sunt & Ecclesiæ bona. Dixi *censuram*, quia revera ut talis ab omnibus agnoscitur: neque placet Covarr. qui in cap. *Alma mater*, 2. part. §. 1. num. 2. maluit appellare suspensionem, non sine ambiguitate vocis; quandoquidem suspensiō nomen est certæ cujusdam censuræ, non autem genus, nisi in latissima significatione usurpetur pro impedimento quidpiam agendi, unde fiat ut quodammodo pendeat ille actus; sed tunc genus remotissimum loco proximi assignatum fuerit in hac definitione. Magis etiam displicet, quod idem Covarr. num. 4. neget interdictum esse propriè pœnam spiritualem, cum animam non afficiat, neque privet com-

munione suffragiorum Ecclesiæ, sed tantum suspendat divinorum officiorum celebrationem: quæ suspensiō animam non ligat; nam hac ratione interdictum censura non erit, cum illam diffinierimus esse pœnam spiritualem; immo neque suspensiō, cum non privet communibus suffragijs, neque passivo Sacramentorum usu, sed tantum activo, & exercitio potestatis ordinis ac jurisdictionis; nec pœna spiritualis propriè erit, neque (quod inde sequitur) censura. Quare ad rationem pœnae spiritualis non est opus ut privet communione suffragiorum, sed satis est si prohibeat participatione bonorum spiritualium, cuiusmodi sunt Sacra menta, divina officia, atque etiam ecclesiastica sepultura. August. Barb. in dict. cap. *Quærenti*, n. 5. & seqq. de verb. significat. Conſt. Ulissipon. ubi suprà, Leand. dict. quæst 4. tract. 5. disp. 1. Caſtr. Palao dict. disp. 5. punct. 1. & seqq.

Ex hac porrò diffinitione statim appearat, quomodo hæc censura differat ab alijs, aut cum ipsis conveniat: quod pluribus prosequitur Alterius disp. 1. de interdict. cap. 2. & quidem quoad rationem materialem differt ab excommunicatione, eo quod paucioribus privet quam excommunicatione, quæ & illa ipsa quæ interdicto prohibentur, & alia multò plura complectitur: quare pars quædam excommunicationis dici posset. Certè excommunicationis nomen saepius pro interdicto usurpatum videbis apud Cantiprat. lib. 2. apum, cap. 40. num. 7. & apud Ademarum S. Eparchij Monachum in chronicō, ann. 994. & in Concil Bituricensi act. 1. ubi Oldericus Monachus proponit severiorem quandam rationem excommunicationis adversus perturbatores Lemovicensis Episcopatus: quam refert Baron. an. 1034. num. 18. & ex ipsa lectione constat, esse interdictum in terram Lemovicensem latum, non excommunicationem propriè dictam: suspensiō verò non prohibet quæ interdicto vetantur, sed alia quædam, ut ex ipso rum diffinitionibus manifestum est, ut notat August. Barb. in dict. cap. *Quærenti*, num. 5. & seqq. de sent. excom. Leand. ubi sup.

*sup.* Castr. Palao *ubi suprà*, de quo etiam Valenz. contr. Venet. part 5. ubi notat n.

74. & seqq.

10 Quoad rationem autem formalem, si-  
ve modum sub quo hæc sacra, & bona  
spiritualia diversis ipsis censuris vetan-  
tur, manifesta quoque distinctio est;  
nam hæc bona considerari possunt vel in  
sece tantum, quatenus sunt talia bona,  
sacra nimirum & spiritualia, quibus  
Christus suam sponsam dotavit, & Ec-  
clesiæ Rempublicam instruxit; vel qua-  
tenus communia sunt omnibus fidelib-  
us, qui eo quod sint ejusdem Reipubli-  
cæ cives, aut ejusdem corporis membra,  
in illis tanquam Republica communi-  
cant; vel denique ut sunt exercitia quæ-  
dam sacræ potestatis. Primo modo pro-  
hibentur ab interdicto, secundo ab ex-  
communicatione, quæ idcirco omnium  
censurarum amplissima est, & pluribus  
privat, quia communionem omnem  
tollit; quod non facit aut interdictum,  
aut suspensio. Denique bona spiritualia,  
ut sunt sacræ potestatis actiones, vetan-  
tur suspensione, unde etiam sumitur  
adæquata veluti ratio hujus numeri, &  
cur augeri aut minui non possit, quan-  
tumvis in re morali; non videntur enim  
aut alia bona spiritualia esse in potestate  
Ecclesiæ, aut alijs modi, vel rationes for-  
males, sub quibus considerari, & ab  
Ecclesia prohiberi possint: notat Aug.  
Barb. *ubi sup.* Const. Ulissip. *ubi suprà*.

11 Interdictum duplex est, locale unum,  
quo prohibetur ne sacra officia, sacra-  
menta, & ecclesiastica sepultura alicubi  
celebrentur; personale alterum, quo  
prohibetur fidelibus interesse divinis  
officijs, sacramentis tum activè, tum  
passivè participare, & donari ecclesiasti-  
cā sepulturā. Quare interdictum locale  
ad solum locum fertur; nam extra illum  
hæc omnia licent fidelibus. Personale  
dirigitur ad personas, quæ nullibi pos-  
sunt hæc sacra percipere. Consentient  
huic divisioni DD. omnes, cum manife-  
sto colligatur ex jure, cap. *Præsenti*, cap.  
*Si sententiam*, cap. *Si civitas*, de *sentent.*  
*excommun.* in 6. Neque mirum est, lo-  
cum capacem esse hujus censuræ: tum  
quia suo modo consecrationis atque

pollutionis capax eit: tum quia pœnâ  
hujusmodi plectuntur fideles, quibus  
prohibentur hæc sacra, non simpliciter,  
& absolutè, sed ratione loci, in quo ce-  
lebrare hæc non licet. Addunt Novar.  
cap. 27. n. 166. Sylv. verb. *Interdictum* 1.  
*quæst.* 2. Tabiena eod. vers. Valent. tom. 4.  
*disp.* 7 *quæst.* 18. part. 2. Tolet. lib. 1. cap. 18.  
& alij, nec improbat Sayr. lib. 5. Thes. c. 1.  
*num.* 10. tertium genus interd. cti, quod  
mixtum ex locali & personali, seu deambu-  
latorium appellant; eo quod tum per-  
sona ipsa, tum loca, in quæ devenerint,  
interdicantur hac formula: *Inter dico Ti-*  
*tium, & locum ubi est, aut ubi fuerit, &*  
*quamdiu in eo manserit:* cujus exemplum  
habemus in cap. *Non est vobis, de sponsal.*  
& in cap. *Dilectus filij*, de appellat. Verum  
hoc interdictum locale dici potest suc-  
cessivè, neque quicquam peculiare ha-  
bet; quatenus enim personale est, de illo  
judicandum est ut de personali; & quate-  
nus est locale, judicandum erit ut de lo-  
cali: quare eam tertiam interdicti spe-  
ciem rejiciunt cæteri communiter. Aug.  
Barb. *ubi proximè* Const. Ulissip. lib. 5. tit.  
40. §. 3. pag. 525. Leander de *cns.* 4 part.  
tract. 5. disp. 1. q. 2 & seqq. & q. 22 & disp.  
2. & seqq. ubi omnia ad varias quæstio-  
nes tradit: & Castr. Palao *ubi suprà*, disp.  
5. punct. 2. & seqq.

Utrumque hoc interdictum, tum lo-  
cale, tum personale, dividitur rursus in  
generale, & particulare: quæ divisio su-  
mitur ex cap. *Cum in partibus, de verbor.*  
*signif.* & cap. *Præsenti, de sent. excom.* in 6.  
quibus locis fit mentio generalis inter-  
dicti localis, cap. *Si autem sententia, de*  
*sentent. excom.* in 6. Habetur etiam inter-  
dictum generale personale, unde neces-  
sario colligitur membrum oppositum,  
nimirum interdictum particulare. Barb.  
*proximè*: Const. Ulissip. *ubi sup.* & tit.  
41. & tit. 42. & 43. Leander *ubi sup.*  
*quæst.* 3. & seqq. Castr. Palao *dict. punct.*  
2. & seqq.

Interdictum igitur generale loci est,  
quod fertur in aliquem locum, qui plura  
loca particularia continet, cujusmodi  
est Regnum, Civitas, Provincia, Diœcesis,  
Castrum, Oppidum. Particulare vero  
cum unius Civitatis una vel plures Ec-  
clesiæ,

clesiae, non tamen omnes interdicuntur. Nomine autem Ecclesiae intelligimus etiam privata loca, in quibus celebrari potest, Cappellas annexas, & Cemetaria. Interdictum generale personale est cum interdicitur populus totius alicuius Regni, Provinciae, aut Civitatis; particolare dum una aliqua particularis persona, vel particularis aliqua communitas, ut Capitulum, Universitas, Academia, aut plures etiam personae sigillatim interdicuntur. Inter interdicta generalia unum est magis generale quam aliud: sicut ex interdictis particularibus alia sunt magis particularia alijs. Provincia enim amplior est Civitate; cum tamen utraque interdicatur interdicto generali; & una Ecclesia specialior est situ & magis singularis, quam duæ; in eas tamen fertur interdictum speciale. Qua de causa trimembrem faciunt hanc divisionem, & distingunt interdictum speciale à particulari, sive singulari, Angel. verb. *Interdictum 1. num. 1. & 11. & Interdictum 2. num. 1.* Philiarc. part. 1. de officio Sacerd. lib. 4. cap. 3. ita ut ex Angelo interdictum locale generale sit interdictum Regni, vel Provinciae, vel Diœcesis: speciale interdictum Civitatis, Castrorum, Villarum: singulare interdictum Ecclesiae unius, vel plurium: generale personale est interdictum universi populi totius Regni, Provinciae, vel Diœcesis; speciale cum interdicitur pars aliqua populi, v.g. aliquod determinatum Collegium, aut Capitulum, aut Universitas, & non totus populus. Singulare denique cum aliqua persona determinata, certa, aut incerta interdicitur. Antonin. autem paulò aliter has voces explicat; nam Interdictum Universitatis, & Collegij locale dicit: singulare autem interdictum illud solùm appellat, quod fertur in unam personam determinatam; quare illud solùm est interdictum personale. Alij tamen DD. passim hanc divisionem rejiciunt cum Henr. lib. 13. cap. 41. Nav. cap. 27. cit. num. 166. Suarez disp. 32. sect. 2. num. 4. & 11. Alterius disp. 1. de interdicto, cap. Quia. Innocentius III. cap. Cum in partibus, de verb. signif interdictum generale appellat interdictum

non modò Regni & Provinciae, sed etiam Civitatis, Villarum, & Castrorum; quod interdictum speciale nominabat Angel. Deinde observat Sylv. verb. *Interdictum 1. num. 7.* nunquam jus meminisse interdicti singularis, sed illud semper speciale appellasse: quarum nominationum rationem reddit Gloss. in cap. *Cum in partibus, tit.* quia generale dicitur, quod totum aliquod sine exceptione comprehendit; speciale vero, quia non comprehendit totum, sed partes: unde refert Sylv. ex Archidiac. & Calderin. tract de interdicto, part. 1. num. 17. quod si interdiceretur vel una tantum Ecclesia, vel omnes Ecclesiae alicujus Civitatis, aut Provinciae, fore interdictum speciale, quia extra Ecclesias interdictas possent in alijs illius Civitatis aut Provinciae locis celebrari divina officia ab incolis; cum è contrario si interdicatur Castrum, vel Civitas, interdicuntur omnia prorsus loca illius, cum sit totum quod interdicitur: quando vero omnes Ecclesiae interdicuntur, etiamsi sit signum, & nomen universale, illud tamen distribuitur in omnia singularia, & æquivalet isti interdicto in hanc & illam Ecclesiam: non erit igitur generale, cum neque in totum, neque in aliquod cadat: qua eadem ratione divisio bimembris interdicti personalis intelligenda erit; nempe generale dicitur, quo unius alicujus Civitatis populus universus interdicitur; speciale illud, quo pars solùm populi, sive sit unica tantum persona, sive plures determinatae, aut indeterminatae, ut habet Sylv. loc. cit. num. 8. Quid vero interditum interdictum generale, & particolare, sive speciale, & quandonam censeatur generale, aut speciale, aliaque nonnulla commodiū tradentur in Const. Ulißpon. ubi supra, & tit. 42. Leander ubi supra, quæst. 4. & seqq. Castr. Palao dict. punct. 2. & seqq.

Tertiò dividitur interdictum in totale & partiale: quæ partitio convenit utriusque interdicto, nimis locali, & personali. Totale est quod omnes effetti interdicti habet, sive quod simpliciter, absolute, & absque ulla limitatione profertur. Partiale vero est, quod est tantum

tantum circa unum aliquem, aut alterum effectum; ut si quis ab ingressu Ecclesiae, aut ab administratione Ecclesiae tantum prohibetur; poterit enim alia omnia æquè præstare, atque si non fuisset interdictus: v. g. domi sacrum celebrare, cui solus ingressus Ecclesiae fuit prohibitus; & ideo illum non esse verè interdictum contendit Covarr. *in cap. Alma mater, 2. part. §. 1. num. 3.* & satis sit annotasse, posse dividi effectus interdicti, sicut dicebamus alteram suspensio nem totalem, alteram partiale esse posse. Const. Uliſſiponens. *ubi supr. & tit. 42.*

**15** Quartò denique aliud est interdictum, quod est vera censura, aliud quod est dumtaxat poena quædam ecclesiastica, ut suspensio, de qua Caſtr. Palao *moral. p. 3. tract. 29. disp. 4.* Const. Archiepiscop. Uliſſiponeni. *lib. 5. tit. 34. & 35.* Satis apparet, ex his quomodo differant, aut convenienter duæ istius interdicti species, de quibus remissivè Pasqualig. *de contr. inter Episcop. & Regul. part. 1. num. 587.*

**16** De suspensionibus positis in jure cum multis juribus Const. Uliſſipon. *lib. 5. tit. 35.* & de interdictis etiam à jure numeratis *tit. 46. pag. 537.* Caſtr. Palao *de cens. dict. 6. part. disp. 5. punct. 8.*

**17** Restat ex poenis Ecclesiasticis cessatio à Divinis; si tamen ipsa verè poena est, aut potius signum gravissimi luctus, & mœroris, quo laborat Ecclesia propter sibi, aut sacris gravem injuriam illatam. Quia tamen intendit Ecclesia ea ratione inducere eum, à quo læſa est, ad reparandam injuriam, poena dici potest; dum enim videt sui causâ tantam in sacris perturbationem, & omnium consternationem, atque adversum se concitata plerunque hominum studia, monetur officij sui, & quodammodo plectitur: quare impropriam aliquam poenæ rationem huic cessationi tribuere possumus, immò illam inter censuras numerabat Soto *in 4. disp. 22. q. 3 art. 1. Maiol. lib. 3. de irregul. cap. 20. sub fin.* Francus relatus à Nav. *cap. 27. num. 188.* & Covarr. *in cap. Alma mater, 2. part. §. 2. nominat juris censuram, quia imponitur à*

Iudice Ecclesiastico propter grave crimen, ut ab illo recedatur; & per illam privantur clerici functionibus spirituibus, prohibentur enim divina officia celebrare, & Sacra menta quædam administrare: quæ levis est controversia, & ex diffinitione cessationis hujus facile explicanda. Est igitur cessatione à divinis prohibitio facta clericis divina officia in aliquo loco celebrandi; sive est præceptum abstinentiæ à divinis officijs in certo quopiam loco. Cujus præcepti, aut prohibitionis effectus, sive exequutio, est ipsa cessatione, sive omissione, sive abstinentia divinorum officiorum: unde nominatur suspensio organorum à Panorm. *in cap. Dilectis filiis, de appellat num. 18. Sylv. verb. Interdictum 1. quæst 1. num. 4. Covarr. in cap. Alma mater, 2. part. § 2. n. 1.* quem loquendi modum ad significantum silentium Ministrorum mœrentis tunc Ecclesiae, desumptum esse monet Soto ex Psalmo 136. ubi populus Israëliticus captivus suspendit in fælicibus organa. Alij cum Nav. *cap. 27. num. 188.* vocant omnimodam desistentiam divinorum officiorum. Consentunt verò omnes cum Panorm. & Covarr. atque Henriq. *lib. 13. cap. 52. n. 1.* cessationem istam esse quid facti, & non quid juris: tum quia nulla ejusmodi cessatione impoſita reperitur ipso jure: tum maximè, quia est ipsamē desistentia à celebratio ne divinorum, & imponitur æqualiter omnibus, neque magis nocentes, quam innocentēs respicit. Denique non est ullum vinculum juris producens aliquos peculiares effectus ex juris institutione, ut videmus in censura, quæ afficit per sonam etiam ubique existat, & quam violans incurrit irregularitatem: at verò hæc cessatione est dumtaxat quædam simplex prohibitio, quæ nullos peculiares juris effectus inducit. Quare neque verè censura est, alioquin quoties Episcopus clericō prohiberet sacrum facere, aut audire confessiones, illum diceretur ligare censurā suspensionis, & Clericus eam prohibitionem violans non modò peccaret non parendo, sed etiam fieret irregularis. Sanè quasdam prohibitions celebraendi in certis Ecclesijs habemus

*cap. 1. & 2. de jure patr.* quas nullus dixerit esse censuras; unde cum haec cessatio sit prohibitio duntaxat facta ministris Ecclesiæ, ne divinas laudes, & alia officia celebrent, atque suo silentio lugentis Ecclesiæ mœrem immensum testentur, meritò censuram esse negavit *Nav. cap. 27 num. 188. Suar. disp. 39. sect. 1. num. 4.* & alij deinceps; estque ea vera interpretatio communis dicti Canonistarum, cessationem esse aliquid facti, non juris; non negant enim imponere vinculum, & obligationem Ministris cessandi à Divinis; id enim omnino habet omnis prohibitio & præceptum negativum: sed quia non imperat aliud quam omissionem divinorum officiorum, neque aliud prohibet, quam illam celebrationem, & nullos alios juris effectus inducit ex sua institutione, ut monui: immo cum non afficiat magis nocentes, quam alios quocunque, æqualiter enim omnibus divina cessant, propriam rationem pœnæ sortiri negat *Alterius disp. 2. de interd. cap. II. & Suar. disp. 39. sect. 1. num. 14.* quia simplex prohibitio, qualis est in cessatione, nec includit, neque requirit rationem pœnæ, cum ad illam sufficiat ratio præcepti: & licet imponatur occasione tantum culpæ, ex eaque resultet pœna quedam in personas culpabiles; cum tamen quoad proximam obligationem æquè cedat in innocentibus, neque istos qui suā culpā causam dederunt tanto malo ullo vinculo particulari liget, sed sit quedam commune gravamen per modum præcepti positum, non nisi admodum impropriè pœna dici poterit, ut monebamus initio cum multis juribus *Const. Ulissipon. lib. 5. tit. 49. pag. 546. Castr. Palao dict. disp. 5. punct. 9.*

<sup>18</sup> Hinc vides, quomodo cessatio à Divinis differat ab interdicto, licet fortassis eandem privationem divinorum Officiorum, Sacramentorum, & Ecclesiasticae sepulturae afferat; unde aliquando interdicti nomine significatur cessatione, *cap. Dilectis, de appellat.* ubi non loqui Pontificem de proprio interdicto contra quam intellexerit Glossa & Panorm. sed de quadam cessatione à divinis, recte vidit alia Gloss. *in Clement. 1. de sentent.*

Pars I.

*excommunicat.* Formaliter tamen differre, non modò quando cessatio est particularis, sed etiam quando est generalis, & male cum interdicto generali illam confundi à Majolo *lib. 3. de irregul. cap. 20. num. 11.* Calderin. Ancharan. Felino & alijs sequutis Ioann. Andr. apud Sayr. *lib. 5. cap. 17. num. 9.* qui idcirco dicunt ex violatione cessationis generalis à Divinis incurri irregularitatem, constat ex dictis, quandoquidem cessatio, neque censura, neque pœna est, sed prohibitio quedam, cum interdictum sit vera censura: quare ceteri ferè DD. negant ex ejus violatione nasci irregularitatem. Alias differentias dabit Alterius *disp. 2. cit. cap. 2.* quæ vix intelligi possunt antequam ejus effectus sigillatim explicentur. Hæc præcipua est, quod interdictum semper respiciat determinatam personam, quæ illo plectitur; quod non contingit in cessatione. Quod verò aliqui saepius dicunt, equidem afficere locum, negatur ab Hurtado *diffic. 1. de ces- sat.* quod hoc sit contra rationem, cum aut personas, aut locum tanquam circumstantiam aliquam afficeré necesse sit. Sensus tamen communis dicti est, cessationem non afficere locum eodem modo quo interdictum locale, quod inhabilem reddit locum ad divina officia celebranda; unde qui in eo celebrat fit irregularis: cessatione autem est simplex quedam prohibitio facta ministris Ecclesiæ, quare non est affectio loci, sed ejus quedam externa circumstantia. *Const. Ulissipon. ubi proximè, Castro Palao dict. disp. 5. per tot. & punct. 9.*

Dividetur cessatione à Divinis in gene- 19 ralem & speciale, prout vel generalia quedam loca, putà Regnum, Provinciam, Civitatem; vel determinata, & particularia, ut Ecclesiam, Monasterium, & alia hujusmodi respicit, uti has voces in divisione interdicti interpretabantur. Nulla porrò est cessatione personalis, cum ut dixi, nullas personas liget, sed omnibus æqualiter imponatur. *Const. Ulissipon. ubi sup. Castr. Palao ubi proximè.*

Ex omnibus istis vides, quam aptè 20 Speculat. *tit. de pœnis, §. 2. pœnas canonicas*

nicas cum civilibus comparavit: excommunicatione enim comparatur interdictioni aquæ & ignis, in cuius locum successit Iure Civili deportatio, l. 2. ff. de pœnæ. Suspensio temporalis comparatur reiectioni, depositio verò depositioni perpetuæ, degradatio capitis diminutioni, ex Panorm. in cap. Qualiter 2. de accusat. num. 9. Traditioni Curiae sacerdotali, quæ consequitur degradationem, succedit poena mortis, ex Innoc. in cap. Qualiter 2. cit. Bernard. Dias in tract. crim. Canon. cap. 133.

21 Cognitis sic speciebus excommunicationis, & interdicti, ut de illis non dubitetur, optimo jure fuit illorum poena in edictis promulgata per Ecclesiæ aut monasterij portas affixis, ut evitaretur usurpatio, ac turbatio jurisdictionis, propter quam Illusterrimus Archiepiscopus facultatem habebat ad ferenda talia edicta, excommunications, & interdicta in Monasterijs, & Civitatis Ecclesijs, etiam exemptis, de cuius observantia & validitate dubitari non poterat, ut in similibus terminis tradit decisum in sacra Congregatione Immunitatis anno 1653. Baptista de Luca theatr. verit. & just. tom. 3. de jurisdic. & foro compet. discurs 29. per tot. ubi num 8. pag. 129. præstat rationem his verbis: Quo verò ad interdictum Ecclesiæ prudenter ac fundatè dicebam ad illud processum esse, quia cum Ecclesia fuerit causa scandali publici, rationabile erat, ut publica demonstratio punitionis in eadem Ecclesia fieret, non obstante ejusdem Ecclesiæ exemptione, cum hæc localis non competit ratione illius loci materialis, qui tanquam res inanimata, sicut est incapax delicti, ita etiam pœnae, vel privilegij: sed hæc omnia respectivè competunt ratione personarum ministrantium; ideoque in loco adjiciuntur censuræ in pœnam personarum sub quarum regimine est Ecclesia, seu in pœnam populi in eadem Ecclesia sacramenta & divina recipientis, ut in interdicto apponendo in loco, provincia, vel civitate, ob delictum Principis, seu Magistratus, vel alicujus notabilis partis populi Archidiacon. in cap. Si sententia. per illum textum, de sent. excom. in 6. Felin. Dec. & alij in cap. Sine, de offic. deleg. Sayr. decen-

sur. lib. 5. cap. 11. num. 8. & 9. ideoque cum personæ, quamvis exemptæ, in proposito ut supra iuvaceant jurisdictioni Ordinarij, multò magis eorum Ecclesia subiacere debet; nunquam enim exemptio ab interdicto suffragari potest nisi qui sunt ejus causa, ad textum in cap. Lucret. de privileg. in 6. Kochier de jurisdic. in exemptos lib. 4. quæst. 14. in fin. Ac in specie id probatur per textum in cap. Cum & plantare, § fin de privileg. ubi expressè statuitur quod Religiosi qui jura Episcoporum sibi arrogant, Episcopo sint subjecti, & eorum Ecclesiæ interdicto subjiciantur: ergo Ecclesia subiuncta est interdicto ob delictum eorum in ea existentium, præsertim quia delictum nomine Ecclesiæ, & pro eius causa commissum erat: & ex his per dictam Sacram Congregationem Immunitatis, ut supra insinuatum est de anno 1653. & pro censurarum validitate responsum fuit Et discursu 31. loquitur in terminis interdicti positi per Archiepiscopum aut Episcopum ordinarium propter functionem Pontificalium factam in monasterio exempto absque ejus licentia, & eo contradicente, propter quod promulgavit interdictum quare etiam contradicente Illusterrimo Nuntio optimo jure dictas pastorales decrevit, & promulgavit D. Archiepiscopus in terminis de quibus agimus.

Et ideo justè fuit positum interdictum ob Ecclesiasticam jurisdictionem violatam, & perturbatam, ut tenet Valenz. contr. Venet. 5. part. num. 76 & interdictum ab ingressu Ecclesiæ adversus Illusterrimum Episcopum, de quo in pastorali transcripta cap. 1. numer. 5. juxta textum in cap. Sanè 11. de offic. & potest. judicis delegati, vers. Ideo, ibi: Itaque judex secundum negotij qualitatem temperate procedens, Episcopo vel ingressum Ecclesiæ, vel sacerdotale officium interdicat, aut etiam terram illius, quæ ad jurisdictionem suam pertinet, specialiter interdicto supponat. Et per hæc verba ita etiam tenet Gloss. ibi: textus etiam elegans in cap. Quia Pontificali 2. de offic. & potest. judicis delegati in 6. ibi: Quia Pontificali dignitate præditis ob reverentiam sacri officij, quod exercent, primum deferri convenit, & eos plus alijs honorari decet, ut

cum

cum à Iudicibus, vel Conservatoribus à Sede Apostolica deputatis contra eos ad coætiones aliquas sive pænas fuerit procedendum, gradus & modestia in hujusmodi processu servetur: ita quod (eis quadam cum digna reverentia supportatis) ingressus primò ipsius Ecclesiæ, vel sacerdotale interdicatur ministerium, ac deinde ab officio suspendantur, & subsequenter aggravetur censura ecclesiastica contra eos; nisi forè aliter fieri suaserit nimiae contumaciae proteruitas sive culpa. Et ita tenet Gloss. ibi, & multos refert Aug. Barb. in collectan. ad dict. text. in dict. cap. Sanè 11. de offic. & potest. Judic. delegat. num. 1. & 2. & in dict. cap. In Pontificali 2. num. 1. & seqq. & per tot. ubi omnes de materia refert, & sequitur, & est omnino videndus, quia eleganter exornat & in Pastorali 3. part. alleg. 106 num. 37. Azor part. 2. instit. moral. lib. 5. cap. 34 quæst. 11. Frances Pastoralis Regular. part. 2. quæst 26. n. 18. 19. & 20. Corona de potest. ad dignit. Episcop. tract. 2. c. 2. n. 7. & ad fin.

24. Et quamvis dicti textus loquantur in Iudicibus delegatis, attamen dicta facultas in illis concessa comprehendit Archiepiscopos, aut Episcopos, qui in hoc casu sunt ut delegati Sedis Apostolicæ quoad executionem Decretorum Concilij Tridentini, in quibus fundantur, ut ex alijs tradit Tamburin. de jure Abb. tom. 3. disp. 5. quæst. 11. num. 45. & multis seqq. ex Barb. & alijs Frances in pastoral. Regular. part. 2. quæst. 1. n. 5. & 6. & n. 9. 11. 19. 20. 22. 23. 25 & etiam quando non est delegatus à Sede Apostolica, sed solum Archiepiscopus ordinarius. Coron. dict. cap. 2. num. 7. pag. 117.

25. Et licet inferioribus sit hoc prohibatum, & contra Episcopum procedere per suspensionem, interdicta, & censuras, ex cap. 1. §. fin. de offic. Ord. Doctissimus Andrade arçoes Episcopæ, cap...

26. Attamen secus est in Archiepiscopo; authoritas enim Archiepiscopi eò extenditur, ut possit suspendere, interdicere, & excommunicare Episcopum, ut supponit textus in c. Quia Pontificali 2. de offic. deleg. & ita tenet Corona dict. c. 2. num. 7. pag. 117. ibi: Auctoritas Archiepiscopi eò extenditur, ut possit suspendere,

interdicere, & excommunicare Episcopum, cap. 1. §. fin. de offic. Ordin. in 6. cap. Venerabili, ubi Abbas, de sentent. excommunicat. Gloss. in cap. fin. 12. dist. Hostiens. in cap. Grave, de præbend. & cap. 2. de officio Vicarij, in 6. Abbas in cap. non potest, num. 8. de sentent. & re judic. in cap. Postulatio, num. 11. de cler. excomm. ministr. Gemin. in cap. Ut litigantes, num. 4. de officio Ordin. in cap. 2. § fin. de for. comp. in 6. Decius in cap. 1. de judic. num. 29. in 2. l. et. Synod. Ugol. in prælud. cap. 9. Lancelloitus Conrad. in templo omnium judic. lib. 2. cap. 4. Guillelmus Rosæus de synodo, part 1. num. 45. 46. & 47. ubi opinatur, quod Archiepiscopus cui subest, potest Episcopum omittentem congregare Synodus suspendere ab executione officij. Quaranta verbo Archiepiscopi auctoritas, vers. 13. Marcus Antonius Genuensis citato cap. 70. n. 3. addit. Joannes Berthachinus, Vicarium Archiepiscopi absente Archiepiscopo posse suspendere, interdicere, & excommunicare suffraganeum: ita de Episcopo part. 7. lib. 4. tit. de Vicario Episcopi, quæst. 10. Antonius Pichardus inter consilia Menochij 52. num. 187 Jacobus Sbozius de Vicarij Episcop. potest. lib. 2 c 58 num. 3. Quod si Episcopus non fuerit consecratus, posse à Vicario Archiepiscopi etiam præsentis excommunicari. sustinet Marcus Antonius Cuchus instit. can. lib. 4. tit. de consecr. Episcop. num. 6. & tit. de Vicario Episcopi. num. 123. Sbozius citatus, & alij. Notat Marcus Antonius Genuensis citatus, Archiepiscopum, & consequenter ejus Vicarium coercendo suffraganeos Episcopos debere servare formam capit. 2. de offic. delegati in 6. ut scilicet primò illis prohibetur ingressus Ecclesiæ, vel sacerdotiale ministerium interdicatur; deinde suspendantur ab officio, postea censurâ afficiantur.

Idem tenet eleganter, & quod Episcopus in his terminis possit etiam excommunicari, Fragos. de regim. Rep. 2. part. lib. 7. disp. 17. § 1 num. 27. optimè & melius Avila de censur. 2. part. cap. 4. disp. unic. dub. 9. vers. Tertia conclusio.

## C A P U T   X L V I I I .

**Utrum Regulares , seu Religiosi teneantur observare censuras, aut interdicta ab Archiepiscopo, aut Episcopo lata, & in suis Ecclesijs publicare talia interdicta aut censuras contradicente Nuntio Apostolico cum potestate Legati à latere.**

## SUMMARIUM.

- 1 Regulares sunt exempti à jurisdictione Archiepiscoporum, & Episcoporum.
  - 2 Regulares in suis Ecclesijs tenentur publicare & servare censuras & interdicta emanata & promulgata ab Ordinarijs, Archiepiscopis, aut Episcopis, etiam contradicente Nuntio Apostolico cum potestate Legati à latere: & num. 3. 4. & 5. ubi ampliatur.
  - 6 Utrum privilegia Regularibus concessa in jure, & alibi ad celebrandum tempore interdicti, & ad admittendos laicos ad divina eodem tempore, revocata sint per Concilij decreta.
  - 7 Religiosi qui non observant interdictum, quando illud observat Ecclesia Cathedralis, aut Matrix, ipso jure incurruunt in excommunicationis pœnam, & si celebrant manent irregulares.
  - 8 Interdictum seu excommunicatio timenda est, & observanda tam à sacerdotalibus, quam à regularibus.

**I**Cet Regulares sint Exempti à jurisdictione Archiepiscoporum, aut Episcoporum, ut tradit Bordon. *resolut.* 7. *num.* 1. *cum seqq.* *Cespedes in tract.* de *Exempt. Regular.* *cap. 24. dub. 391. ex cap.* *Nimis prava, de excessibus Praelator.* Frances de Urrutugoyti *Pastoralis Regul.* 2. 2. 1. 1. 2. 2. 2. 1. 7

**2 Attamen Regulares in suis Ecclesijs  
tenentur publicare, & servare censuras,**

& interdicta emanata, & promulgata ab  
Ordinarijs, Archiepiscopis, aut Episco-  
pis ( etiam contradicente Nuntio Illu-  
strissimo , etiam cum potestate Legati à  
latere , qui cum eis non potest concur-  
rere in prima instantia, ut suprà cap. 39.)  
Ita probatur per Sacrosancti Concilij  
decretum Tridentini sess. 25. de Regula-  
rib. cap. 12. ibi: *Censuræ, & interdicta, ne-*  
*dum à Sede Apostolica emanata, sed etiam*  
*ab Ordinarijs promulgata, mandante Epis-*  
*copo à Regularibus in eorum Ecclesijs pu-*  
*blicentur, atque serventur.*

Et ita jam dispositum erat in jure, 3  
juxta textum *in cap.* Cūm & plantare, §.  
*Excommunicatos*, de privilieg de quo DD.  
de quibus Barbos. *in collectan.* Henrīq. *in*  
*summa*, lib. 13. cap. 42. § 3. Barb. *de potest.*  
*Episcop.* alleg. 105. num 43. Francisc. Leo  
*in thesaur. fori Ecclesiæ*, part. 1. cap. 8. n 19.  
Fr. Ioan de la Cruz de statu Religionis lib.  
2. cap. 2 dub. 2. Fusch. *de visitat.* lib. 2. cap.  
15. num 62. Riccius *in prax aurca resolut.*  
210. vers 5. Kochier *de jurisdic.* Ordina-  
rij *in exemptos*, part. 2. quæst. 45. n. 6. Vil-  
laroel. *Gobierno Ecclesiastico, y pacifico*, I.  
part. quæst. 6 art. 5. num. 1. multos refert  
Barbos. *ad dict.* cap. 12. num. 1. Franchis  
contr. inter *Episcopos & Regulares* part. 1.  
quæst. 1. num. 1. & ibi Pasqualigus *in add.*  
num. 21. de Luca *in theatr.* ver. & just.  
tom. 3. *de jurisdic.* & *foro comp. disc.* 29.  
Valenz. *contra Venetos* 5. part. num. 77.  
explicat D. Episcop. Angolenf. statim  
citandus, Leon *de censur.* 2. part. recoll. 2.  
num. 488.

Et non solum Religiosi debent obser-<sup>4</sup>  
vare, & publicare censuras, & interdicta  
Archiepiscopi , aut Episcopi, sed etiam  
debent excommunicatos evitare, *dict.*  
*§. Excommunicatos* , & ibi Abb. *num. 1.*  
*cap. Episcopum*, *de privileg.* in 6. *c.* *Is qui*,  
*§. 15 verò*, *de sententia excommunicationis*,  
*eod. lib. Ugol.* *de censur.* *tab. 2. cap. 25. n. 2.*  
*Covar.* *in cap. Alma*, *part. 1.* *§. 1. num. 2.*  
*Sayr.* *quem citat Barbos.* *dict. alleg. 105.*  
*num. 44.* *Villarroel.* *dict. art. 5 num. 2.*

Et hoc non potest impedire Nun-  
tium, nec prohibere, ut in specie tradit  
de Luca *theatr. ver. & just. tom. 3. de ju-  
risd. discurs. 36.*

## **Utrum autem privilegia Regularibus 6**

соп-

## SUMMARIUM.

- concessa in jure, & alibi ad celebrandum tempore interdicti, & ad admittendos laicos ad divina eodem tempore, revocata sint per dictum Concilij decretum? Quæstio est controversa apud DD. quos refert Barbos. *ad Concil. in dict. cap. 12 n. 2.* & ultra eos Villaroel. multos refert *dict. quæst. 6. art. 6. num. 3. & seqq.*
7. Et ideo Religiosi qui non observant interdictum, quando illud observat Ecclesia Cathedralis, aut Matrix, ipso jure incurruunt in excommunicationis poenam, & si celebrant, manent irregulares, ut ex multis juribus disponit *Const. Ulissiponens. lib. 5. tit. 41. §. 4. vers. Os Religiosos, pag. 528.* optimè Episcopus Angolensis, doctissimusque D. Frey Anton. ab Spirit. Sanct. p. 1. *de privileg. Reg. §. 3. n. 97. 98. & 99.* ubi ampliat & explicat quæ dicatur Ecclesia Matrix: optimè etiam Leander *cens. 4. part. tract. 5. disp. 8. quæst. 20 & 21.*
8. Interdictum enim, & excommunicatio, sive justa, sive injusta timenda est, & observanda tam à fæcularibus quam à Regularibus. Explicat Passerin. *de pollution. Eccles. disp. 8. cap. 12 n. 1. & seqq. pag. 299. 300. & 301.*

## C A P U T   X L I X .

**Utrum Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere sit Ordinarius Exemptorum regularium, ita ut non obstante Pastorali Archiepiscopi, aut Episcopi, fundata in Concilij jurisdictione adversus Exemptos, eo contradicente possit, aut ejus Reverendus Auditor concurrere cum eis; & Exempti Regulares teneantur potius ei obedire, quam Archiepiscopis, aut Episcopis.**

- 1 *Nuntius cum potestate Legati à latere, & Legatus à latere potest cognoscere de causis Exemptorum, & contra eos.*
- 2 *Licet sit de reservatis Papæ cognoscere de causis Exemptorum, tamen singulare est & speciale quod Legatus à latere habeat jurisdictionem in Exemptos: & quare num. 3. & 4.*
- 3 *Legatus est Judex ordinarius Exemptorum, & de eorum causis, & controversijs cognoscere potest.*
- 6 *Quando Archiepiscopus aut Episcopus procedit contra Exemptos in Concilij Tridentini Decreti executionem, non potest cum eis concurrere Nuntius cum potestate Legati à latere: & quomodo procedat num. 7.*

**L**icet Nuntius cum potestate Legati à latere, & Legatus à latere possit cognoscere de causis Exemptorum, & contra exemptos Religiosos, ut notat Glof. *in cap. Quoad translationem 6. de offic. Legati, & ibi Auguit. Barb. in collectan. num. 10. cap. Veniens 1. ibi: Vel Legato ab eis de latere, de verborum significacione lib. 6. & ibi Barbos. cap. Si Abbatum, de elect. lib. 6. Rodrig. quæstion. regular. tom. 2. quæst. 62. art. 1. Parif. cons. 28. n. 31. part. 4. Villadiego in tract de Legato, 1. part. quæst 8. num. 20. Kochier de juridict. in exemptos part. 2. quæst. 2. num. 7. Felin. *in cap. Grave, num. 3. de offic. Ordinarij, Roman. cons. 398.* Aug. Barbos. *de jur. Eccles. lib. 1. cap. 5. num. 77.* etiam in prima instantia, Ferro *de præcedent. quæst. 29. n. 3. vers.* Sed eos excommunicare, Bordon. *part. 2. resol 78. num. 65.* Oliva *de foro eccles. 2. part. quæst. 38. num. 8.* Peyrin. *tom. 1. pag. 260. num 42.* ubi etiam anteneantur contra sua privilegia Legato aut Nuntio obedire, *in const. Julij II. §. 10.**

Quia etsi sit de reservatis Papæ cognoscere de causis Exemptorum, tamen singulare est & speciale, quod Legatus à latere habeat jurisdictionem in Exemptos, ex textu *in cap. Veniens 1. & textu in cap. Si Abbatem, de electione, eod. lib.*

Aug.

*Aug. Barbos. dict. cap. 1. num. 77. vers.  
Ratio, Frances var. resol. cap 28 num. 24.  
& seqq. explicat, & limitat Peyrin. ad  
Const. tom. 1. in Jul. II. §. 10. num. 41.*

**3** *Tun etiam quia Papa eximendo à ju-  
risdictione cuiuslibet Ordinarij non vi-  
detur eximere à potestate Legati à late-  
re, Navarr. de datus & promissis pro justi-  
tia, notabili 4. num. 10. vers. 2. Aug. Barb.  
dict. cap. 5. num. 78. & in dict. cap. Veniens,  
de verbis. significat. lib. 6. num. 3. & 4. &  
in cap. Quod translationem, sub num. 10.  
de offic. Legat.*


**4** *Quod etiam habet locum in Nuntio  
cum potestate Legati à latere; & iste  
cuncta potest, & eidem commissa intel-  
liguntur, quæ Legato de latere, ut tenet  
Gonzal. in regul. 8. Cancellar. de alterna-  
tivis, glos. 9. in annot. num. 268. & 299.  
Ferro de precedent. quæst. 29. num. 3. vers.  
Sed, & num. 4. Mend. in praxi, 2. part. lib.  
2. cap. 1. num. 33. qui loquitur in causis  
criminalibus: explicat Bordon. dict. re-  
sol 78. num. 66. & 67. Peyrin. dict. §. 10.  
num. 41. & 42.*

**5** *Legatus enim est Iudex ordinarius  
Exemptorum, & de eorum causis, &  
controversijs cognoscere potest. Mone-  
ta de commutatione ultimar. voluntat. cap.  
5. n. 211 ibi: Tertio quod Legatus est Ju-  
dex ordinarius Exemptorum, ut aperte  
colligitur ex cap. Frater noster, 16. quæst.  
1. Thomas Sanch. in summa, tom. 2. lib. 4.  
cap. 33 num. 14. & de potest. Episcop. alleg.  
123. num. 32. idem Sanch. tom. 2. consilior.  
moral. lib. 6. cap. 9. dub 1. num. 19 & vers.  
Quarta, ubi agit de exemptione Fra-  
trum Societatis Iesu. Emmanuel. Ro-  
drig. tom. 2. regul. q. 63. art. 4. qui loquitur  
in Fratribus Carmelitanis: Diana resol.  
moral. part. 1. tract. 2. resolut. 16 Rodrig.  
tom. 2. quæst. 130 pag. 616. col. 2.*

**6** *Attamen Nuntius Apostolicus cum  
potestate Legati à latere, quando Ar-  
chiepiscopus, aut Episcopus procedunt  
adversus Exemptos in Concilio Tridentini  
Decreti executionem, non potest  
concurrens cum eis, & eo contradicente  
tenentur Regulares observare Archie-  
piscopi præcepta, & non Nuntij; ex eo  
quia Legatus intromiscere se non potest  
in his quæ Episcopus habet ex delega-*

tione Conciliij & juris: & licet Legatus  
omnia possit quæ Ordinarius, id tamen  
solum intelligendum est de his quæ E-  
piscopus, seu Ordinarius potest de jure  
suo ordinario, & proprio; non autem  
extendendum est ad ea, quæ Episcopus  
potest jure delegationis, ex Concilio aut  
alio jure speciali. Ita tradit in terminis  
Ioan. de Selva in tract. de benefic. part. 3.  
quæst. 66. per tot. & maximè num. 9. &  
seqq. inter Doctorum tractatus part. 1.  
tom. 15. pag. mihi 99. & probat etiam Ko-  
chier de jurisdic. ordinaria in exemptos,  
part. 2. quæst. 2. num. 18. & seqq. Ex qui-  
bus satisfit contrarijs in principio addu-  
ctis, & in terminis ita decisum refert in  
sacra Congreg. de Luca theatr. ver. &  
just. discurs 36. tom. 3. de jurisd. & foro  
comp. quæ verba transcribimus in c. 51.

Ex quibus satis respondetur opinioni 7  
contrariæ, maximè quando Legatus  
missus ordinariam tantum censerur ha-  
bere potestatem, ac tanquam Episcopus  
eam exercere in his quæ ad secundæ in-  
stantiæ jurisdictionem spectant in ap-  
pellationibus interpositis ab Episcopo-  
rum sententijs. Azor tom. 2. mor. lib. 5.  
cap. 32. quæst. 2. Gonzalez ad reg. 8. Can-  
cell. glos. 25 n. 15. Barb. ad rubr. de offic.  
Leg. num. 7. & in cap. 1. n. 2.



## C A P U T L.

De foro Exemptorum, & ubi con-  
veniri debeant, & an possint  
puniri, aut excommunicari ab  
Ordinario, Archiepiscopo, aut  
Episcopo, etiam contradicente  
Nuntio, aut ejus Auditore: ad  
intellectum textus in cap. 1. de  
privileg. in 6. & Concil. Tri-  
dent. sess. 7. de reform. cap. 14.

## S U M M A R I U M .

1 De foro Exemptorum, & ubi conveniri  
debeant, & an possint conveniri co-  
ram Ordinario ratione delicti, con-  
tractus

*tractus vel rei sitæ: & num. 2. 3. 4. 5.  
& seqq.*

- 2 *Explicatur textus in cap. 1. de privilegiis. in 6. & seqq.*
- 7 *Clerici sacerdetales aut Regulares extra monasteria degentes an possint conveniri coram Ordinariis, & num. seqq.*
- 8 *Privilegia Regularium qui derogent.*
- 15 *Exempti an possint interdici ab Ordinario, & excommunicari: & n. 16. & seqq.*
- 22 *Exempti regulares si inter monasteria degant, ubi conveniri debeant: & n. seqq.*
- 36 *An Religiosi habentes Conservatores coram ipsis conveniri possint, etiamsi ipsi recusent, vel si adversarius eos convenire velit coram Judice sacerdotali: & num. seqq.*
- 41 *Utrum exempti possint conveniri coram Judice sacerdotali: & num. 42. 43. 44. & 45. & seqq.*
- 50 *Religiosi quando contra Episcopum, aut suam jurisdictionem delinquunt, ab Ordinario puniri possunt; & in hoc casu remanent subjecti correctioni, & punitioni Episcorum.*
- 51 *Ampliatur etiamsi delinquent in loco exempto.*
- 52 *Contrarium ibi explicatur.*
- 53 *Extra casus Concilij & juris, si exemptus aut Religiosus delinquat, quando censura non est à jure, non possunt excommunicari, sed possunt alijs pænis puniri, etiam contradicente Nuntio.*
- 54 *Nisi exempti injuriam tribuant Archiepiscopo aut Episcopo, aut jurisdictionem suam turbent; tunc enim potest adversus eos procedere per censuras.*
- 55 *Casus in quibus Regulares exempti subjiciantur Episcopo, aut Archiepiscopo, referuntur remissive.*
- 56 *Utrum si Archiepiscopus, aut Episcopus procedat adversus Regulares exemptos, possint recurrere ad suum Conservatorem.*

**S**icut Apostolica Sedes aliquibus, & præcipiè Religiosis privilegium exemptionis concedere: hoc autem ali-

quando conceditur loco, ac per consequens sibi commorantes, sive domiciliū habentes ab Ordinariis jurisdictione eximuntur: aliquando vero conceditur personis, quæ similiter exemptæ remanent, & Summo Pontifici ( nisi aliud exprimatur ) tantum subiectæ. Dubitari ergo solet, ubi conveniri debeant. Quoniam vero non minima differentia datur inter Sacerdetales exemptos, & Regulares; primò de illis, secundò de istis agemus.

Quæro igitur primò, utrum hujusmodi Clerici Sacerdetales exempti ratione personarum possint conveniri coram Ordinario ratione delicti, contractus, vel rei sitæ, & in illis habeat locum dispositio textus in cap. 1. de privilegiis. in 6. & quidem Covar. pract. cap. 11. num. 5. Riccius 3. part. disp. 97. num. 3. Sanch. consil. mor lib. 6 cap. 9 n. 24. & 25. Kochier de jurisd. ord. in exempti part. 2. quest. 45. n. 3. Barbos. de potest. Episcop. alleg. 105. n. 23. Carleval. de judic. part. 1. tit. 1. disp. 2. sect. 3. num. 144. Marescot. variar. lib. 2. cap. 35. num. 126. Cancer. variar part. 3 cap. 1. à num. 74. defendant prædictum textum non habere locum in exemptis ratione personæ, sed tantum ratione loci: de quo vide etiam Carleval. & Marescot. suprà citatos.

Verum salvâ pace tantorum viorum, omnino contrarium verum esse credimus, & ita patet, si attentè considerentur, & expendantur verba dicti textus, quæ prædicti Authores non ponderant. Primò ergo probatur, quia illius textus tenor satis ostendit loqui de exemptione personali, ut patet ibi: *Quam nonnullis Apostolica Sedes, &c. & ibi: Si exempti.* In quibus verbis nec verbum invenitur, ex quo colligatur loqui de exemptione concessa loco.

Secundò, quia etiamsi de ea loquetur, non tamen dici posset non simul loqui de concessa personæ, cum eadem ratio restrictionis libertatis in ea exemptione consideretur, & militet.

Tertio, quia textus assignando casus in quibus exempti gaudent exemptione, non obstante restrictione de qua ibi, dicit, quod si alibi delinquant, non poterunt

runt conveniri ubi domicilium habent, nec ab Ordinariis domiciliorum remitti ad locum delicti, contractus, vel rei sitæ: ergo supponitur exemptos, de quibus ibi loquitur, domicilium habere in locis subjectis Ordinariis, non autem in loco exempto, ac per consequens non loquitur textus de exemptis ratione loci, in quo domicilium habent, immò supponens habere domicilium in diœcesi Ordinariorum disponit coram eis non posse conveniri, nisi ultra domiciliij rationem, etiamsi concurrat ratio delicti, contractus, vel rei sitæ: quod in effectu est disponere, exemptos gaudere sua libertate tunc tantum, quando scilicet conveniuntur merâ domiciliorum ratione: quod quidem procedit in exemptis ratione personarum, & habentibus domicilium in locis Ordinariis subjectis.

6. Quartò probatur ex eodem textu *in vers.* *Ei id ipsum;* ubi eo ipso modo, quo superius limitaverat exemptorum libertatem, limitat privilegium aliquibus concessum, ne scilicet teneantur nisi sub uno certo judice respondere; unde apertè colligitur voluisse restringere libertatem, & privilegia personis concessa, nec putasse hæc non esse restrin-genda.

7. Quintò probatur ex S. Concil. Trident. *sess. 7. de reform. cap. 14.* ubi post innovatam dispositionem prædicti textus addit S. Concil. quod Clerici sacerdotes, aut regulares extra monasteria degentes, quomodolibet exempti, conveniantur coram Ordinariis in causis mercatum, & in alijs causis, si judicem in partibus non habeant: de quo vide latè Prosper. Fagn. *in cap. Tuarum, de privileg. pag. 50. & seqq.* ubi multa refert ad diversas quæstiones de Regularibus extra claustra viventibus, Aug. Barb. per textum ibi ad Concil. Trident. *sess. 6. de reformat. cap. 3.* Cùm ergo in additione agat de exemptis ratione personarum, hancque exemptionem restringat amplius adhuc, quam in eo textu restricta erat, rectè colligitur etiam textum de eadem exemptione agere, eamque dignam restrictione visam fuisse S. Concilio.

Sextò probatur; nam privilegia Regulare solent derogare dispositioni dicti textus, ut testatur Tamburin. *de jur. Abbat. tom. 3. disp. 5. quæst. 11. num. 3.* Bordon. *var. n. 10. 7. num. 3.* ubi adducit tenorem exemptionis Fratribus Minoribus concessæ, & in ea derogatur dispositioni dicti textus: ergo ille agit de exemptionibus ratione personarum concessis.

Et in effectu textum loqui de exemptione ratione personæ, satis apertè sentit Glos. ibi, in casus positione. Idem tenere videtur Tamburin. *de jur. Abbat. tom. 3. disp. 5. quæst. 11. num. 92.* quem tam non libenter allego, quia non reddit rationem sui dicti, nec rectè supponit textum *in dict. cap. 1.* loqui de Regularibus exemptis: quod etiam non bene putavit Sanch. *dict cap. 9. num. 24. & 25.* nam cùm Regulares exempti suis superioribus subjiciantur tanquam Ordinariis, ut infrà dicemus, non potuit dispositio dicti textus in eis locum habere, tam in principio, quam *in § In eos.* Eadem pars placuerat Panormit. *in cap fin. n. 11. & ibidem n. 6. de foro comp.*

Qui quidem noster intelligendi modus confirmabitur, si soluamus, & diluamus fundamenta partis adversæ, pro quo adverto primò, ne aliquis decipiatur ( quamvis non videam in eo fundari adversarios ) clausulam dicti textus *in cap. 1.* ibi: *Dummodo sit in loco exempto commissum delictum, &c.* nullo modo significare Exemptos de quibus ibi, habere domicilium in loco exempto; sed posse fortè committere delictum, &c. in loco exempto, & tunc gaudere exemptum suo privilegio, ut non teneatur respondere coram Ordinario, in eius territorio domicilium habet; nam ut teneatur, necesse est quod in ipso territorio deliquerit, contraxerit, &c. non igitur probant contrariam partem textus *in cap. Tuarum, & in cap. Cùm Cappella, de privileg.* quæ jura adducit Covar. præcipiuus Author illius intellectus, *præf. cap. 11. n. 5.* ad probandum Exemptos simpliciter, non ratione loci, sed generaliter gaudere, & obtinere exemptionis privilegium ubicunque contrixerint, vel deliquerint.

Nam

<sup>11</sup> Nam respondetur, quod licet illud recte deduceretur ex illis juribus antiquioribus, non per id evinceretur idem disposuisse textum *in dict. cap. 1.* immo eo ipso patere Pontificem in eo textu restringere voluisse exemptiones personales antiquo jure ampliores: cum enim ex tenore dicti textus satis constet voluisse restringere libertatem exemptorum, & constet hanc de jure antiquo ampliorem esse, eo ipso constat eandem illam exemptionem restringere, & limitare intendisse.

<sup>12</sup> Neque enim habemus textum disponentem Exemptos tantum ratione loci, non posse ratione delicti, vel contractus conveniri coram Ordinariis locorum, ubi contraxerint, vel deliquerint: immo certum fortè est semper licuisse eos convenire coram Ordinariis loci delicti, sive contractus, ac per consequens restrictionem dicti textus *in cap. 1.* non fuisse pro eis editam, sed pro habentibus exemptionem personalem, quæ amplior erat de jure antiquiori.

<sup>13</sup> Neque etiam probat aliquid argumentum, quo utitur idem Covar. *ubi sup.* scilicet quod si exemptus in illis casibus conveniri possit coram Ordinario, maximè tollitur & remittitur vis illius privilegij. nam meminisse debuerat Author ille sapientissimus huic ipsissimo argu- mento respondisse Pontificem *in dict. c.*

<sup>1.</sup> dicendo quod etiam sic restricta libe- tate privilegij exemptionis, non tamen illud inutile, & infructuosum remanet; nam si exemptus delinquat, contrahat, vel res sita sit in loco exempto, non po- terit coram Ordinario sui domicilij con- veniri, prout alias posset si exemptus non esset, ex regula textus cum ibi no- tatis *in cap. fin. de foro comp.* de qua mate- ria est videndus Pasqualigus *de contro- vers. inter Episcop. & Regul. pag. 3. & seqq.* ubi notat.

<sup>14</sup> Item si extra illum locum, vel terri- torium, ubi domicilium habet, contra- hat, vel delinquat, &c. in territorio vi- delicit alterius Ordinarij, neque ibi po- terit conveniri, quia Ordinarius domi- cilij non habet jus remittendi illuc exemptum: nec coram Ordinario do-

micilijs, quia ibi non deliquit, contraxit, vel res sita est; immo remanet respectu il- lius mera & nulla ratio domicilij, quæ sola non tollit exemptionis privile- gium, nec tribuit Ordinario jurisdic- tionem contra exemptum.

Minus probat argumentum quo uti- tur idem Covar. *ubi sup.* scilicet disposi- tio textus *in dict. cap. 1. §. In eos*, ubi de- ceditur, quod Exempti non possint ab Ordinariis interdici, excommunicari, &c. prout sunt Priors Religiosi; ubi- cunque enim tales Exempti reperiantur, non poterunt Ordinarij eos excommu- nicare pro ulla causa. Quem textum la- tiū ponderat Sanch. *dict. cap. 9. dub. 1 n.* <sup>25.</sup> dicens: Ergo si horum, quorum per- sonæ sunt exemptæ, quoad hoc jubet servari privilegium ubicunque delin- quant; pror ergo pars illius capititis, quæ eos subjecerat Ordinariis ratione deli- cti vel contractus in loco non exempto facti, intelligitur quando privilegium erat locale, & non personale. Sunt ver- ba Sanchez dicto loco. Facile namque respondeatur, diversum maximè esse pri- vilegium ne excommunicari, &c. vale- ant à quoquam ex privilegio exemptio- nis à jurisdictione Ordinariorum; ac per con- sequens nihil commune habere de- cisionem dicti textus *in §. In eos*, cum de- cisione textus ejusdem in principio, de qua materia infrà dicemus.

Et nihil mirum, quod illud privile- gium, ne excommunicari, &c. valeant, non restringatur, at restringatur pri- vilegium exemptionis generalis, etiam personalis, de quo in principio textus. Unde nullum deduci potest argumen- tum conveniens, quod si quidem non re- stringitur privilegium personale, de quo *in dict. §. In eos*, sic similiter non esse re- stringendum privilegium exemptionis personalis, si de eo ageret textus ille in principio; ac per consequens dicendum esse textum illum in principio restrin- gentem privilegium exemptionis, non agere de privilegio exemptionis perso- nalnis, sed localis.

Ratio autem, quare illud, non hoc re- stringitur, illa est; nam si privilegium hoc restringeretur, sicut illud, inutile

114 Tract. de Competent. inter Archiep. &c.

prorius remaneret; non enim habet latitudinem illius, ut non obstante restrictione utile adhuc in aliquo remaneat. Neque putes etiam hujusmodi privilegium restringi *in dicto §.* dum dicitur, quod si monachi sic privilegiati destinentur, & transeant ad alia Monasteria subjecta Ordinario, ipsi in eos exercere possint jurisdictionem suam, etiam quoad praedicta, scilicet excommunicando, interdicendo, &c. Nam respondetur textum habere locum quando monachis certi monasterij, veluti Sancti Vincentij extra moenia hujus Civitatis illud privilegium est concessum; quod si monachi illius monasterij esse desinant per translationem in aliud etiam ejusdem Congregationis, privilegium amittunt: & si illud monasterium ad quod fuerunt translati, subjectum sit Ordinario, poterit ille, non obstante privilegio, quod jam cessat sive suspenditur, contra monachum, tanquam contra sibi subditum, nec privilegiatum procedere. Tandem respondetur, immo ex dicto textu *in §. In eos*, posse bene deduci argumentum suadens textum illum in principio loqui de exemptione ratione personae, siquidem dictus § *In eos*, quasi limitando decisionem de qua in principio, agit de privilegio personali, cum exceptio de regula esse debeat, ut deducitur ex textu *in l. Nam quod liquidè, §. fin. ff. de pen. leg. cum traditis per Covar. var. lib. 2. cap. 5. num. 4* & ibi Faria *in addit.*

18 Neque tandem in contrarium facit argumentum, quod deducere conatur Sanch. *dict. num. 25.* ex Sacrof. Concil. Trident. *sess. 7. de reformat. cap. 14.* considerans decretum illud innovans decisionem textus *in dict. cap. 1* non decernere semper puniendum per Ordinarium Religiosum extra claustra monasterij delinquentem; quod generaliter fieri deberet, si dictum cap. 1. loqueretur de Exemptis ratione personarum; ac per consequens concludendum, dictum cap. 1. de ea exemptione non agere, sed de illa quæ ratione loci concessa est. Nam facillime respondetur textum *in dict. cap. 1.* non loqui de exemptis Religiosis, si enim subduntur suis Superioribus

Regularibus, & ab ipsis puniuntur per viam regulæ; unde in illis non procedebat dispositio dicti capituli 1. quod satis patet ex citato Sacrof. Concil. decreto; nam quando voluit assignare casus in quibus statuit Regulares exemptos ab Ordinario puniri, vel coram eo conveniri posse, usum est dictione, *addendo;* quasi dicat, de novo addimus, quod Religiosi exempti, & extra monasteria degentes in casibus hic expressis possint coram Ordinariis conveniri, tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, quamvis in istis casibus exempti Religiosi sua ute- rentur exemptione, non obstante restrictione, de qua *in dict. cap. 1.* quæ locum non habet in exemptis Religiosis, qui fuos habent Superiores, coram quibus conveniri alijs debent, exceptis casibus, in quibus remanent subjecti Archiepiscopis, aut Episcopis, ut infrà.

Viso de foro Exemptorum ratione 19 personæ, attento tempore Sexti Decretalium, videamus quid circa hoc disponat S. Concil. Trid. Et quidem illud *dict. sess. 7. de reform. cap. 14.* addit restrictionem dicti capituli 1. disponentis quod Clerici sæculares aut regulares extra monasterium degentes in civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum conveniri possint coram Ordinariis ( scilicet locorum ubi domicilium habent, quamvis alijs ratione domicilijs, ut suprà diximus, etiam attento tempore, aut decisione dicti capituli 1. coram Ordinariis locorum domicilijs tantum conveniri non possent; ) etiamsi judicem certum, coram quo convenientur, in partibus deputatum habeant: in alijs vero, scilicet causis, si ipsum judicem non haberint, convenientur coram Ordinariis locorum, &c. ubi suprà.

Constat ergo per illud decretum amplius adhuc restringi Exemptorum privilegium in causis civilibus secundum prædictam distinctionem causarum, & terminorum, in quibus habent vel non judices in partibus.

Manet ergo hodie Exemptos non regulares, qui judices in partibus non habent, in causis civilibus convenientes esse coram Ordinariis, immo etiamsi illum habet

habent; si tamen causæ fuerint mercedum, vel miserabilium personarum.

22 De exemptis autem Regularibus si intra monasteria degant, nihil innovat S. Concil. si autem extra monasteria degant, eadem quæ de Exemptis sacerdotalibus diximus, in eis locum habent: degentes autem extra monasteria apud nos sunt sicut plures Militiarum professi clericorum, de quo latè vide Scan. *in propugn. sacr. Religion. Milit. discept. 13. cap. 11.*

23 Videamus nunc de Exemptis regularibus, de quibus suprà separatim agere promisimus. Et primò advertendum & notandum est maximè, ut suprà innui-  
mus, decisionem textus *in dict. c. Volentes* & in dicto Sacrof. Concil. locum non habere in exemptis Religiosis, qui necessariò habent suos Superiorum coram quibus convenientur ( si aliquis casus consideretur, in quo in civilibus Religiosus subditus, & professus tanquam persona particularis possit stare in judicio, ) & puniantur in delictis: quod apertè cen-  
suit S. Congreg. in declaratione adducta per Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 105. num. 23.*

24 Et ratio est patens; nam cùm habeant suos ordinarios Superiorum, non est cur dubitetur an coram alijs Ordinariis pos-  
sint conveniri in casibus non exceptis: nec eis accommodari potest ratio, aut de-  
cisiō prædictorum jurium de eis ex-  
pressè non loquentium.

25 Unde non video quā ratione ductus Sanch. *dict. cap. 9. dub. 1. num 24.* quærat utrum Religiosi virtute textus *in dict. cap. 1.* conveniri possint coram Ordina-  
riis ratione delicti, sive contractus; & resoluat non posse, quia textus ille non restringit exemptionem personalem, de qua ille textus agit; supponens quod si de ea ageret (quod nos certum putamus, & tamen negamus comprehendere Religiosos) illa dispositio Religiosos comprehenderet, prout putavit apertè Tam-  
burinus *de jur. Abb. 3. part. disp. 5. quest.*

11. n. 92. dicens quod Religiosi ratione rei sitæ vel contractus possunt conveniri coram Ordinariis, ex textu *m dict. cap. 1.* Minus video, quia ratione nisus dicat Guttier. *practic. lib. 3. quest. 10. n. 2. Reli-*

Pars I.

giosos ex decreto S. Concil. Trid. *dict. 1. ff. 7. cap. 14.* conveniri posse coram Or-  
dinariis, si judicem in partibus non ha-  
beant; vel si cùm habeant, causa fuerit  
mercedum, vel miserabilium persona-  
rum: nam ut *num. præcedenti* considera-  
vimus, nihil statuit de degentibus intra,  
sed tantùm de degentibus extra mona-  
steria.

Deinde adverto, quod quamvis in 26  
privatis personis Religiosorum exemp-  
torum quæ dicta sunt sine exceptione  
procedant, tamen quando ipsa mona-  
steria convenientur, sive eorum Superio-  
res, tanquam tales, cessat dicta ratio;  
cùm neque conveniri possint apud seip-  
sos, neque ipsi possint esse judices in  
causis suorum monasteriorum; sunt  
enim tanquam propriæ, & succedit re-  
gula rubricæ Codicis *ne quis in sua*, &  
*Ord. lib. 3. tit. 24* & ibi uterque Barbos.  
unus *m collect. alter in remiss.*

Sed oritur duplex difficultas: Prior 27  
est, qualiter verificari possit, quod in ci-  
vilibus agatur contra Religiosum: Nam  
ut suprà dicebamus, ipse nec bona, nec  
jura habere potest, nec personam standi  
in judicio habet, ut tenet Virgil. *de legi-  
tim. personæ cap. 23. n. 12. & seqq.*

Dico verificari posse primò in Reli- 28  
giosis votorum biennij Societatis Jesu,  
qui cùm verè sint Religiosi, adhuc ta-  
men sunt domini suorum bonorum, ut  
constat ex eorum privilegijs, & usu.

Secundò in novitijs cuiusdam Reli- 29  
gionis, ex iis quæ cum Azor. Emman. Ro-  
drig. & Sanch. tradit, & resoluit Tam-  
burin. *de jure Abb. dict. part. 3. disp. 6. q. 28. num. fin.*

Posterior difficultas est, an saltem lo- 30  
cum habeat restrictio dicti capituli 1. in  
terminis in quibus agitur contra ipsum  
Monasterium exemptum, vel contra  
Prælatum ut tales, si quidem non ha-  
bet superiorum coram quo convenia-  
tur? In qua difficultate verius puto,  
etiam in dictis terminis non habere lo-  
cum dictum caput 1. contra Religiosos  
exemptos. Moveor; nam cùm textus ille  
non dirigatur ad personas privatas Re-  
ligiosorum, non est cur credamus dirigi  
ad Prælatos, & multò minus credendum

est voluisse Pontificem ipsa monasteria subjici restrictionibus, de quibus ibi, vel ea conveniri coram Ordinariis: quod magis suadetur, nam cum agat adeo principaliter de restringenda exemptione quoad delicta commissa in loco Ordinario subjecto, planè constat non cogitasse de monasterij ipsius causis; nam Monasteria delictum committere non possunt, ut communitates.

**31** Tandem suadetur ex C. Trident. *dicit. sess. 7. de reformat. cap. 14.* suprà pondérato, ubi nihil statuitur contra exemptionem Religiosorum degentium apud sua monasteria, sed tantum contra degentes extra illa, quos, & non alios Sæcularibus exemptis æquiparat. Unde colligitur nec textum *in dict. cap. 1.* eos æquiparare voluisse.

**32** Neque obstat, quod ut suprà probavimus, soleant Pontifices derogare decisioni textus *in dict. c. 1.* in exemptionum privilegijs concessis Religiosis, ex quo videntur alijs in ea decisione comprehensi.

**33** Nam responderi potest, illam derogationem fieri ex abundanti ad tollendam omnem dubitationis causam, præcipue cum prorsus extra dubium non sit, prædictum textum non loqui de Religiosis; imò plures existimant eos in prædicti texti restrictione comprehendendi.

**34** Videre restat coram quo judice conveniri debeant de jure canonico Exempti, tam sæculares, quam regulares, in terminis in quibus isti juxta suprà dicta non sunt conveniendi coram suis Superioribus Regularibus. Et quantum ad sæculares certum est, quod ratione delicti, contractus, vel rei sitæ conveniri possunt coram Ordinariis; ratione autem meri domicilij non, sed utuntur sua exemptione, quantum est de jure Sexti Decretalium: at attento S. Concil. Trid. suprà citato decreto, in causis mercedum, vel miserabilium personarum indistinctè coram Ordinariis possunt conveniri; in alijs vero causis cum distinctione, videlicet si judicem deputatum in partibus non habeant, non autem si ipsum habeant.

Quod verò attinet ad Régulares intra monasteria degentes (nam extra illa degentes sæcularibus æquiparantur, ut diximus) illi quidem conveniri non possunt coram Ordinariis, etiamsi judicem in partibus non habeant; sed conveniri debent coram Papa non solùm ex suis privilegijs specialibus, quæ omnes fere habent, sed etiam attento iure communi, & decretis S. Concil. Trident. nisi Papa assignatum habeat judicem coram quo conveniantur, exceptis casibus, in quibus Archiepiscopus habet jurisdictionem adversus eos, ut infrà dicemus.

Quæstio ergo quæ in hac re solet in praxi controverti, illa est, scilicet an Religiosi habentes Conservatores, coram ipsis conveniri possint, etiamsi ipsi reculent; vel si adversarius eos convenire velit coram judice sæculari, ex dispositione Ord. lib. 2. tit. 1. *m principio*, ipsi possint declinare ad suos Conservatores. Loquor de Religiosis, non de alijs exemptis; nam alij vel habent iudicem deputatum in partibus, & coram ipso conveniri debent, quidquid dicit Pereyr. infrà citandus; vel non habent, & coram Ordinariis conveniri debent, ex dict. S. Concil. Trid. decreto, & sic in eis cessat dispositio dictæ Ordin. quæ tamen non sic cessat in Religiosis degentibus intra monasteria; ij namque non possunt conveniri coram Ordinatio, et si judicem non habeant: de quo vide Mend. 2. part. lib. 2. cap. 1. num. 33. & 34.

Et quoad priorem quæstionem non solet contendti; nam Religiosi non reculant, sed optant coram suis Conservatoribus conveniri: sin autem recusarent, non audirentur, dummodo non essent simplices Conservatores, sed simul judices pro eorum causis deputati, prout solent esse, qui Religiosis conceduntur. Adverto loqui h̄c de causis civilibus, & de tangentibus ipsa monasteria; nam si causa fuerit criminalis, vel tangens Religiosum tanquam privatam personam, coram Superioribus Regularibus agendum erit ex dictis, nisi Religiosus extra monasterium cum scandalo delinquat,

& ejus superior ab Ordinario requisitus cum punire differat, ex S. Concil. Trid. sess. 25. de regul. cap. 14.

38. Omitto alios peculiares, & speciales casus, in quibus Ordinariorum jurisdictioni subjiciuntur, quos latè congerunt Tamburin. *de jur. Abb. dict. tom. 3. disp. 5. quæst. 11.* & Kochier *de jurisdict. Ord. in Exempt. part. 2. quæst. 45. per totam: & Nos diximus 4. tom. in comment. ad Ord. pag. 612.* & statim dicemus.

39. Unde non video quo fundamento dicat Tamburin. *ubi suprà, disp. 17. quæst. 2. num. 23.* Religiosos conveniendos esse coram suis Conservatoribus in causis criminalibus mixtis, &c. vel Guttier. *dict. lib. 3. præct. cap. 10. num. 2.* conveniendos esse coram suis Conservatoribus datis, ut eos defendant à violentijs, &c. nam si ita simpliciter sint dati, nec simul pro eorum causis judices dentur, non video cur apud eos conveniri possint vel debeant.

40. Nec contrarium probat S. Concil. Trid. sess. 14. de reform cap. 5. nam dum in vers. *Quod si,* supponit Conservatores posse judices esse, ubi conservati rei sunt in civilibus, intelligitur si simul eorum judices deputati sint, ut superius narraverat, advertendo etiam quod non loquitur de Exemptis.

41. Quoad secundam quæstionem major est contentio; nam Pereyra *decis. 118.* acerrimè defendit Exemptos conveniendos esse coram Judicibus sacerdotalibus, ex dispositione dictæ Ord. Regiæ, etiamsi Conservatores habeant, imo etiamsi ipsi, vel alij sint judices deputati ad cognoscendum de causis eorum; & quod est admiratione dignum, etiamsi hodie nominarentur à Sede Apostolica judices Ordinarij prædictis Exemptis: nam quamvis (inquit) Ord. loquatur de Exemptis non habentibus judicem ordinarij, cum tunc non haberent, jam non videretur S. Pontifex derogare vel le legis Regiæ dispositioni. Verum non solum id extra rationem dictum judico, sed etiam existimo, quod si in literis conservatorijs declaretur, ipsum Conservatorem judicem deputari pro causis Exemptorum, non posse Exemptos con-

veniri coram sacerdotali, etiam ex mente dictæ Ordinationis Regiæ: nec cessat ratio, in qua fundatur illa dispositio, & concordia, ex qua deducta dicitur; illa enim est, ne alias cogantur illi, quibus debetur, vel damnum datum est per Exemptos, Romam ire, vel mittere, ut ibi eos convenient. Neque interest, quod illi Judices verè & propriè non sint Ordinarij, neque quod sint temporales; nam id nihil facit contra intentum Ordinationis, in effectu enim habent partes Judicium, qui justitiam administrent in causis motis contra Exemptos: nec Papa solet in partibus pro Exemptis alios judices dare, ut benè colligitur ex S. Concil. Trident. sess. 7. de reformat. c. 14. ibi: *Etiam si judices in partibus habent. Ubi non requirit, quod judex sit Ordinarius, nec supponit Ordinarios creari pro causis Exemptorum, neque unquam tale vidimus.*

Unde si Ordinatio non esset conten- 42 ta nisi Judicibus ordinarijs, peteretur impossibile, & sine ratione illam qualitatem ad intentum requereret. Nec debemus credere Regem p̄ijssimum voluisse cogere Romanum Pontificem, ut non solos judices, sed hos cum qualitate Ordinarij pro causis Exemptorum in hoc Regno crearet, alias coram sacerdotalibus convenienterent; nec creditur Praelatos cum quibus dicitur concordia illa facta assensum daturos tali requisito.

Quod si de Judice ordinario loquitur 43 Ordinatio, non est, nec potuit esse ejus sensus ex dictis, ut non sufficiat, ut Exempti convenientur coram sacerdotali, quod in Regno judicem habeant, nisi sis Ordinarius; sed loquitur de Ordinario in exordio tantum, dicens quod illi de quibus ibi, & alij qui judicem ordinarij non habent in Regno, ad significandum Exemptos, quos per illos terminos, & non alios nominat. Sicut ergo non esset dicendum voluisse, judicem debere esse ordinarij, cum in dicto exordio diceret, quod Exempti convenientur coram sacerdotali, si in Regno non habeant judicem, qui de eis justitiam faciat; sic non est dicendum id voluisse, quia in exordio pro significandis Exem- ptis

ptis dixit, que nam tem Jus ordinario no Reino.

**44.** Et solūm posset dubitari, an prædi-  
ctam qualitatem requisivisset, si in deci-  
sione de Ordinario mentionem fecisset?  
quod non fecit, sed ibi tantūm dixit, por-  
que sem razam seria nam haver no Reino  
quem delles fizesse justiça, &c. Ergo si in  
Regno sit judex, qui de illis faciat justi-  
tiam, hoc sufficit, nec aliud requirit Or-  
dinatio; & si requereret, adhuc esset in-  
terpretanda, ut sufficeret quod judex  
deputatus in forma solita daretur in  
Regno.

**45.** Eo maximè quando appellatione judi-  
cis ordinarij venit Conservator, & pro  
tali reputatur. Scan. statim citandus.

**46.** Illud maximè notandum & adverten-  
dum est, quod quantūm attinet ad  
exemptos Religiosos, ipsaque monaste-  
ria, quando illa, & corum Prælati con-  
veniuntur pro bonis sive debitibus mona-  
steriorum, non possunt conveniri co-  
ram sacerdotali: nam ipsa Ordinatio satis  
declarat locum tantūm habere in causis  
motis super patrimonialibus, non super  
rebus, vel juribus Ecclesiæ. Cūm autem  
omnia bona, jura vel debita monasterio-  
rum sint ecclesiastica, nulloque modo pa-  
trimonialibus comparentur, quæ solūm  
in privatis personis ecclesiasticis pos-  
sunt dari, & considerari, non in Com-  
munitate Ecclesiastica, nunquam ferè  
trahi possunt Religiosi Prælati pro cau-  
sis monasterij ad forum sacerdotiale, neque  
etiam pro damnis datis; nam neque ipsa  
monasteria damnum dare possunt, sed  
ipsorum privatæ personæ; & in effectu  
monasterium est condemnandum, & so-  
luere debet ex suis bonis ecclesiasticis,  
prout sunt omnia quæ habet; nec patri-  
monialia in eo considerantur.

**47.** Quod autem Conservatores Exemp-  
torum cognoscant de causis ubi conser-  
vati rei sunt, resoluunt Tamburin. *de  
jure Abbat.* *dict. tom. 3. disp. 17. quæst. 2. n.  
23.* Kochier *d. 2. part. de Conservatorib.  
quæst. 102. num. 13.* Sanch. *dict. lib. 6. con-  
sil. cap. 9. dub. 6. num. 1.* addens quod ex  
privilegijs hodiernis cognoscunt con-  
servatores etiam de causis ubi Religiosi  
sunt actores. Guttier. *pract. cap. 10. per-*

*totum: ubi tamen videtur sentire, Con-  
servatores simplices posse cognoscere,  
quod nos negamus, & tantūm concedi-  
mus quando simul deputantur judices  
pro causis Exemptorum: quod proba-  
tur, nam decretum S.C. statim citandum  
supponit, Conservatores habere ali-  
quos, ibi: *Conservatorum inhibitionibus,*  
&c. & tamen non habere judicem: ergo  
simplex Conservator non est judex pro  
causis in quibus Exemptus reus est, nisi  
id exprimatur. Eleganter explicat Scan.  
*in propugn. Relig. Mil. discept. 9. cap. 6. per  
tot. ubi omnes refert.**

Similiter non probamus, quod *ibidem* 48  
*num. 2.* resoluit Gutierr. dicens, quod si  
Religiosi judicem non habeant in parti-  
bus, conveniri poterunt coram Ordina-  
rio, & in causis mercedum, ctiam si judi-  
cem habeant, allegando prædictum de-  
cretum S.C. Tridentini *seff. 7. de refor-  
mat. cap. 14.* non advertendo illud non  
loqui, nisi de Religiosis degentibus ex-  
tra monasteria.

Illud tandem in re ista adverto, quod 49  
Sum. Pontifex Gregor. XV. anno 1621.  
die 20. Septemb. saluberrimam & san-  
ctissimam edidit Constitutionem, cujus  
tenorem adducit Tamburin. *de jur. Ab-  
bat. dict. 3. tom. disp. 17. quæst. 1. num. 12.*  
statuens, quod ultra qualitatem, & digni-  
tates de jure requisitas, ut aliquis eligi  
possit Conservator, requiritur de novo,  
ut in Concilijs provincialibus, aut diœ-  
cesanis juxta decretum S.C. Trident. ju-  
dices electi, seu designati sint; & pœnam  
imponens Regularibus, sive alijs auden-  
tibus illos nominare, seu nominatis uti,  
nullitatemque omnium exinde sequen-  
dorum. Præterea ut teneantur intra  
tempus ibi præfixum eligere sibi Con-  
servatores, eorumque electionum docu-  
menta penes acta Curiæ Ordinariorum  
exhibere, & dimittere; & dum non sic  
elegerint, coram Ordinarijs convenian-  
tur, & quod sic electi amoveri non pos-  
sint, aut mutari intra quinquennium, ni-  
si ex legitima causa approbanda per Se-  
dem Apostolicam, vel Ordinarium. Item  
quod nullum convenient coram talibus  
Conservatoribus tanquam actores (non  
tollit tamen quod ipsi eos à violentijs, &  
inju-

injurijs defendant, ut declaravit S. Congreg. ut refert Tambur. *ubi suprà, quæsi-  
to 2. sub num. 23.*) sed tantum in causis  
ubi rei fuerint ipsi Exempti, vel conservati coram eis convenientur: nec extra Civitates, seu Dioeceses in quibus fuerint deputati, contra quoscunque procedere præsumant. Quæ omnia si Conservatores non obseruent, sive quolibet modo limites suos excesserint, per annum ab officio sint suspensi; pars vero quæ illa fieri procuraverit, sententiam excommunicationis incurrat. Et tandem generalibus, & exuberantibus clausulis revocat omnia privilegia, sive concessiones in contrarium quibuscumque concessa, ita ut aperte constet neminem excipere voluisse: unde nescio quo jure Religiosi quotidie eligant, & mutent pro libito Conservatores, & plura alia contra prædictam saluberrimam Constitutionem quotidie fiant.

<sup>50</sup> Quæ omnia sic resoluta circa exemptionem Religiosorum, & Exemptorum veniunt limitanda in casibus in quibus contra Episcopum aut Archiepiscopum, aut adversus suam jurisdictionem delinquunt, aut etiam contra suas leges, aut pastoralia transacta virtute S.C. Trident. dispositionis; tunc enim in casibus expressis in Concilio possunt conveniri apud Ordinarium, & excommunicari ab Episcopo aut Archiepiscopo ordinario, aut alio modo puniri; remanent enim subjecti correctioni, & punitioni Episcoporum, ut ex Concil. Trident. sess. 25. cap. 11. de Reg. & sess. 21. cap. 8. de reformat. probat Bordon. *mor. resol. 7. num. 19. & 69.* & ita declaravit Sacra Congreg. Concilij teste Barbos. in *Apostolic. decis. collect. 439. verb. Jurisdictio, num. 6.* ibi: *Jurisdictio in ius in quibus Episcopo tribuitur à jure communi & Concil. Trident. ac Constitutionibus Apostolicis in Regulares, potest illos Episcopus etiam sub censuris Ecclesiasticis compellere.* *Sacra Congreg. Concilij in Nebiensi, 7. Febr. 1633.* Barb. *de potest. Episcop. alleg. 74. num. 2.* Frances de Urrutigoyti *pastoral reg. part. 2. quæst. 1. num. 12. & seqq. & part. 2. quæst. 10. num. 58. & seqq. pag. 115.* late Villaroel. in *tract. Govierno Eccles. y pacifico, part. 1.*

*9. 6. art. 2. Farin. quem citat Barbos. ad Concil. Trident. sess. 25. cap. 13. de Regut. Macer. decis. 35. sub. 2. ubi afferit in Curia Episcop. Papyræ decisum fuisse posse censuris compelli. Pias. in praxi Episcop. 2. part. cap. 3. num. 52. vers. Relinquentes: Genuens. in prax. Archiepiscop. Neapol. cap. 59. Salern. in select. canon. cap. 112. num. 11. Ceval. de cogn. per viam violent. 2. part. quæst. 71. Solorzan. de jur. In diar. lib. 3. cap. 17. num. 66. & 69. §. Et iuxta. Franchis de controv. inter Episcopos & Regulares, quæst. 6. vers. 5. & quæst. 20. resoluit, quod si Regularis sit excommunicatus à jure, potest etiam Archiepiscopus, aut Episcopus mandare ipsum denunciari publicè, ut evitetur. Barbos. in collect. ad Concil. Trident. sess. 25. de reg. cap. 12. num. 1. Salzed. in praxi Canonic. lit. A. in fine, Barbos. de potest. Episcop. 3. p. alleg. 105. num. 12. Henriq. in sum. lib. 3. cap. 25. & 37. Leo thesaur. Eccles. part. 1. cap. 8. num. 19. Zerola in praxi Episcop. p. 1. verb. Excommunic. caus. §. 4. Kochier de jur. Ord. in exempt. Novar. in sum. Bul. lar. 1. part. tit. de proces num. 6. Bordon. resol. 6. quæst. 6. num. 9. Gratian. decis. 232. n. 3. & 15. Palafox Episcopus de la puebla de los Angeles in lib. intitulato *Defensa Canonica*, pag. 12. vers. 1. n. 28. & seqq. & pag. 63. num. 2. & pag. seqq. de Luca theatr. ver. & justit. tom. 3. de jurisd. discurs. 29. per tot. & est textus etiam expressus in cap. *Cum & platare, §. fin. de privileg. & discurs. 36. & discurs. 47.* Carrena de offic. Sanct. Inquis. part. 1. tit. 5. §. 13. num. 90. Fusc. de visit. lib. 2. cap. 20. n. 24. Peyrin. de privileg. Min. tom. 1. const. 2. Sixti IV § 10. n. 13. Novar. lucern. Reg. verb. Excommunicare, num. 6. Rodrig. tom. 2. reg. quæst. 63. art. 1. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 1. disp. 15. quæst. 11. num. 38. Delbene de immunit. eccles. tom. 2. cap. 14. dub. 1. num. 8. Dian. part. 3. tract. 2. resol. 35. Ricc. in praxi resol. 210. num. fin. DD. per textum ibi in clement. 1. de privileg. Cened. in pract. quæst. 26. num. 30. Graffis lib. 2. cap. 49. num. 69. Scan. in pro pugn. religion. discept. 13. cap. 10. Nos ad ord. tom. 4. pag. 612. Lancelot. de attent. 2. part. cap. 4. limit. 21. num. 7. Gabriel. com. concl. 3. num. 41. Trivis. lib. 1. decis. 36. n. 2. vers.*

vers. 5. Leon de cens. 2 part. recoll. 2 n. 488.  
& seqq. Frances de Eccles. Cathred. cap. 28. num. 353. & seqq.

51. Etiamsi exempti delinquent in loco exempto. Sanch. tom. 2. conf. lib. 6. cap. 9. dub. 1. num. 29. Scan. ubi suprà.

52. Quamvis contrarium teneat Scan. dict. cap. 10. num. 10. & seqq. & cap. 12. & num. fin. ubi de monialibus: Pelizar. in manuali Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 6. §. 1. num. 86. verj. Quod quamvis Episcopus; ubi cum Cespedes de exempt. Regular. dub. 370. nullam adducit rationem fundamentalem, & stantibus prædictis declarationibus non datur locus dubitationi, ut in his terminis eos reprobando tradit Frances de Urrutigoyti *Pastoralis Regul.* part 2. quæst. 1. n. 12. non obstante etiam textu in cap. 1. de verbis. significat. lib. 6. ibi: Per illa verba privilegij. In speciales, & proprios Ecclesiæ Romanæ filios vos recipimus; dictos Fratres exemptos intelligi, & ipsos ex illo in proprios ejusdem Ecclesiæ filios fuisse receptos, quod ab alio quam à Romano Pontifice vel Legato ejus à latere interdici, vel excommunicari à quoquam non valeant declaramus. Quia respondeatur non procedere in casibus, in quibus Archiepiscopus, aut Episcopus ex Concil. Trident. habent jurisdictionem delegatam in Exemptos; ex DD. suprà citatis; & etiam quia talia privilegia revocata manent per Concilium in eis quæ Concilio Tridentino adversantur per Bullam Pij V. ut dicit resolutum Garcia de benefic. part. 3. cap. 12. num. 258. Aug. Barb. ad Concil. sess. 25. de reformat. cap. 21. num. 3. explicat Pasqualig. de controvers. inter Episcop. & Regul. 2 part. quæst. 7. pag. 461. de Luca statim citandus dict. disc 29 num. 7 ubi respondeat etiam ad dictum textum & ad caput 1. §. In eos, de privileg. in 6. de quo suprà num... Frances de Eccles. Cathedral. cap. 32. num. 353 & seqq. ubi defendit, & respondet ad contraria, & Cesped. hic allegatus pro contraria.

53. Extra verò casus Concilij & juris, si exemptus, aut Religiosus delinquat, quando censura non est à iure, non possunt excommunicari, sed possunt ab Archiepiscopo aut Episcopo alijs pœnis

puniri, scilicet deponendo Superiores, & contradictores incarcerando, à monasterio amovendo, privando prædicatione verbi Dei, seu etiam pœnis pecuniarijs, cap. 1. de privileg. in 6. Gratian. decis 332 num. 15. Peyrin. de privileg. Minorum tom. 2. const. 2. Pij IV. num. 60. Lezan. tom. 4. quæst. regul. num. 2. Corona de potest. Episcop. tract. 3. cap. 20. num. 4. eleganter Villarroel. in tract. Gobierno Eccles. y pacifico, 1. part. quæst. 6. art 2 n. 8. & seqq. Sanch. lib. 7. de impediment. disp. 33. num. 23. §. Sed existimo. Pasqualig. ubi sup. Lucas dict. discurs. 36. ubi refert decisum in Sacr. Congreg. ad favorem Episcopi contra Nuntium, qui ut Ordinarius Exempti voluerat cum soluere è carcere ubi Religiosus erat carceratus per Episcopi mandatum ratione delicti contra suam jurisdictionem commissi: de quo vide Leon. de cens. 2 part recoll. 2. num. 488. & extra hos casus, quando regularis est delinquens, an possit carcerari ab Episcopo, an teneatur facere processum, vel teneatur remittere Prælato suo, vel possit ab eo puniri, vide Fermosin. ad cap. Ad nostram 3. de appellat. quæst. 1.

Nisi Exempti injuriam inferant Archiepiscopo, aut Episcopo, aut jurisdictionem suam turbent; tunc enim potest adversus eos procedere per censuras, ex Farin. quæst. 114. num. 67. & seqq & conf. 134. lib. 2. Sperel. decis 86 n. 5 & 6 de Luca theatr. verit. & just. tom. 3. de jurisd. discurs. 29. per totum, & num. 4. & discurs. 36. Clemens Merlin. decis. 166 n. 5.

Casus autem, in quibus Regulares exempti subjiciantur Episcopo, aut Archiepiscopo, ex S. C. Trident. decreto refert ex varijs Concilijs Franchis, & ibi commentaria controversiarum inter Episcopos & Regulares, part. 1. & Aug. Barb. in collect. ad Concil. per eum relatis, Frances de Urrutigoyti in *Pastorali Reg.* per totum, & 2. part. quæst. 2. & seqq Kochier de jurisd. Ord. in Exempt. 2 part. q. 45. & tom 2 part 2 quæst. 105. idem Barb. alleg. 105 de Luca theatr. ver. & just. tom. 3. de jurisd. discurs. 29 36 & seqq. Scan. d. c. 10. & Nos tom. 4. ad Ord. pag. 612. & seqq. Tambur. de jur. Abbat. tom. 3. disp. 5. quæst.

quæst. 11. num 45. & seqq. Pelizar. in  
Man. Reg tom 2. tract 8. cap. 6 sect. 1. num.  
14. & seqq.

56 Utrum autem si Archiepiscopus aut  
Episcopus procedat adversus Regulares  
exemptos, possint recurrere ad suum  
Conservatorem, latè disputat Frances  
*Pastoral. Regul. part. 2. quæst. 1. & seqq.*

¶! ¶! ¶! ¶! ¶! ¶! ¶! ¶!

## C A P U T   L I .

**Utrum Archiepiscopus, aut Episcopus possit punire Religiosos exemptos, aut alios turbantes suam jurisdictionem, aut lacerantes ejus edicta, facientesque alios actus turbativos, non obstante contradictione Nuntij Apostolici facta ab eo ut Ordinario Exemptorum? Et quid in lacerantes cedulones, & edictalia Ministrorum Sanctæ Inquisitionis.**

## S U M M A R I U M .

1 **Utrum Archiepiscopus, aut Episcopus possit punire Religiosos exemptos, aut alios turbantes suam jurisdictionem, aut lacerantes ejus edicta, facientesque alios actus privativos, non obstante contradictione Nuntij Apostolici facta ab eo ut Ordinario Exemptorum: & num. 2.**

3 **Sæculares extrahentes edicta Archiepiscopi aut sanctæ Inquisitionis possunt puniri; & de ratione.**

**H**æc quæstio est in favorem Archiepiscopi, aut Episcopi resoluta per Sacram Congreg. Episcop. & Regul. apud Baptif. de Luca theatr. verit. & just tom 3. de jurisd & foro compet. discurs 36. ibi: Quemdam Monachum Ordinis Cisterciensis Monasterij S. Mariæ in Sagittario diœcesis Anglonens. de facto turbantem jurisdictionem Episcopi, alios-

que actus absque dubio turbativos facien-  
do, Episcopus prædictus de meo consilio  
carceravit, quamvis non cum ea arcta cu-  
stodia, & asperitate, quam (ut pote loco pæ-  
næ) in aliorum exemplum, atque ad hu-  
jusmodi Exemptorum consuetam perulam.  
nam coercendam ex dicto consilio facere de-  
buisset. Quare ex parte dicti Religiosi, seu  
ejus Abbat is habitus fuit recursus ad Tri-  
bunal Nuntiaturæ Neapolis, à quo prodie-  
runt Lueræ præceptivæ super dicti Reli-  
giosi excarceratione, ejusque consignatione  
Sub collectori diœcesano, sub eo prætextu,  
quod ipse Nuntius in toto Regno esset Com-  
missarius, & Delegatus Apostolicus gene-  
ralis in omnibus causis Regularium, pro-  
indeque ad ejus Tribunal ex inconcussa ob-  
servantia, etiam cum ipsomet Tribunalis  
Curiæ Archiepiscopalis Neapolis privati-  
vè spectaret cognitio causarum & d. licitorum,  
quæ per Exemptos & Regulares pa-  
trari coningeret, præsertim extra claustra:  
cumque Episcopus, neglecta dicti præcepti  
exequitione recursum habuisse ad Sacram  
Congregationem Episcoporum & Regula-  
rium, quæ juxta stylum audire voluit  
Nuntium, eidem scribendo pro informa-  
tione, cum insertione supplicis libelli ex parte  
dicti Episcopi porrecti; Nuntius autem vi-  
sis concludentibus motivis in dicto sup-  
plici libello deductis, dignoscendo talem præten-  
sionem non esse sustentabilem, prudenter  
respondisset, sui Tribunalis privativam ju-  
risdictionem cum Regularibus & Exemp-  
tis non capere casus particulares, in quibus  
vel de jure, vel ex Sacri Concil. Trident. seu  
Apostolicis constitutionibus Ordinariorum  
jurisdictio etiam cum Exemptis præserva-  
ta est; idcirco nulla desuper edicta resolu-  
tione ob illius ita cessantem necessitatem,  
Episcopus intentum obtinuit, dictumque  
Religious post talem carcerationem quam  
loco pænæ cedere posse censuit, sua authori-  
tate gratosè dimisit.

Dicebam igitur in dicto supplici libello 2  
pro Episcopo concepto, quod quicquid sit  
de prædicta generali delegata jurisdictione  
Nuntij circa causas indifferentes, in quibus  
specialiter à jure vel Sac. Concil. Trident.  
aut Apostolicis Constitutionibus provisum  
non esset, ita ut privativa, quam ex obser-  
vantia dictum Tribunal prælendit, percu-

iat solum eam generatem competentiam, quam alias locorum Ordinarij, proprijs Regularibus Superioribus negligentibus haberent, super quo locum veritati relinquebam; attamen id nullatenus adaptari potest casibus specialibus, in quibus ita expressè provisum sit, ut erat præsertim causus præsentis controversiæ, in quo agebatur de competentia ratione propriæ offendæ, ac turbatæ jurisdictionis: quæ competentia nullam admittit exemptionem, nullumque privilegium, ex us, quæ etiam contra Milites Hierosolymitanos habentur superioris deducta in Messianen. disc. 29. & alibi. Hancenus de Luca.

3 Idem dicendum est in sacerdotalibus extrahentibus edicta Archiepiscopi, aut Sanctæ Inquisitionis, quia à Sancto Officio, & à Prælato possunt puniri tales cedulae, tam sacerdtales, quam ecclesiastici, ut tenent Dian. part. 4. tract. 8 resolut. 203. Bordon. de Sancto Offic. cap. 30. num. 31. & cap. 40. num. 32. Lup. in editis Inquisitorum part. 2. lib. 14. dist. 7 difficult. 2. art. 5 pag. 249. ubi rationem præstat verbis seqq. Quia tales detur pando cedulae videntur de Prælatorum authoritate male sentire, censuras Ecclesiæ contemnere, atque irridere, quinimò ignominiam irrogare. Delbene de offic. Sanctæ Inquisitionis p. 2. sect. 67. dub. 195. pag. 46. colum. 1. eleganter in omnibus casibus, & in nostris terminis Alex. Sperel. decis. 113. n. 93. & Leand. de cens. part. 4. tract. 3. disp. 16. quest. 5.

□□□□□? □□□□□? □□□□□? □□□□□?

## C A P U T L II.

Utrum, & quando Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere possit committere causam appellationis interpositæ à decreto, aut edicto Archiepiscopi prolatu in materia criminali, aut poenali, & eam committere suo Reverendo Auditori?

## S U M M A R I U M.

- 1 Nuntius potest committere causam appellationis etiam interpositæ expresso nomine ad summum Pontificem.
- 2 Limitatur quando est contentio super facultate ab eo concessa, quia tunc recurrendum est ad Pontificem.
- 3 A Legato etiam de latere datur appellatio.
- 4 Superior, nec etiam Legatus non possunt admittere appellationes, nisi per publica documenta antea constituerit appellationem prius esse inter positam.
- 5 Appellatio ut quid facti non præsumitur, nisi probetur.
- 6 Concesso rescripto commissionis, si non constet de appellationis interpositione, non potest cognosci.
- 7 Nuntius non potest committere causam appellationis interpositæ à vero contumace, nisi hoc specificè habeat in facultate.
- 8 Neque etiam ab eo qui contravenit edicto Archiepiscopali, in quo aliqua ingressio prohibuit.
- 9 Pœna excommunicationis est maior omnium.
- Legati, seu Nuntij Apostolici non possunt committere suis Auditoribus causas appellationis interpositæ à decretis, aut sententijs pœnalibus, aut criminalibus Archiepiscoporum, aut Episcoporum: ibid. & num. 10.
- 11 Declarationes sacræ Rotæ Romanæ obligant in utroque foro.
- 12 Commissione facta cum brevitate temporis est nulla; contumacia datur in occultatione: & num. 13.

**L**Icet liberum sit Illustrissimo Nuntio cum facultate Legati à latere ex sua facultate, & juris dispositione committere appellationis causam etiam interpositæ expresso nomine ad Summum Pontificem, prout diximus cap. 33. num. 10. & in specie Nuntij Tondut. de pens. Eccles. dec. 27. num. 9.

Attamen non potest committere causam appellationis interpositæ ab Archiepiscopo non observante suam facultatem.

cultatem, quia non potest decidere, nec pronunciare id in quo versatur sua jurisdictionis ordinariæ usurpatio: & ut res non careat remedio, cum ipse non debeat suæ facultatis esse cognitor, recurrentum est ad Pontificem ejus superiorum, cui committenda est appellatio, ut in simili cum multis juribus tradit Ciarlin. tom. 2. for. inf. cap. 125. num. 37. Scacc. de appell. quæst. 19. rem. 1. concl. 6. num. 89.

3 Quia à Legato etiam de latere datur appellatio, & non potest tollere appellationem, ut ex Scacc. tradit. Ciarlin. for. inf. cap. 148. tom. 2. num. 41. & 42.

4 Et quando potuerit committere causam, neque Legatus, neque Metropolitanus possunt admittere appellationes, aut concedere rescripta, nisi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, antea constiterit appellationem prius esse interpositam in forma decreti S. Congreg. de quo Ciarlin. dict. cap. 125. n. 51, cuius tenorem refert num. 101.

5 Quia appellatio ut quid facti non præsumitur, nisi probetur interposita in tempore legitimo. Barbos. in cap. Romana, de appell. in 6. num. 8. Ciarlin. tom. 2. cap. 148. num. 21.

6 Et ideo concessa rescripto commissionis, si non constet de appellationis interpositione, non potest cognosci. Gratian. cap. 17. num. 3. Menoch. cas. 202. num. 44.

7 Nec etiam potest committere causam appellationis interpositæ à vero contumace, nisi hoc specificè habeat facultate, ut tradit Ciarlin. tom. 2. cap. 148. num. 42.

8 Neque etiam ab eo, qui contravenit edicto Archiepiscopali, in quo aliqua ingressio prohibetur cum excommunicationis poena ipso facto incurrienda, ut in facto testatur vidisse Ciarlin. dict. cap. 148. num. 1. & seqq. & num. fin ubi præstat rationem sic: *Hic autem constat dictum Rensium fuisse justè declaratum excommunicatum, quia contravenit edicto Episcopali: ergo cessat querela & appellatio.*

9 Et si causa est apud Archiepiscopum, aut appellatio ab eo interposita in mate-

Pars I.

ria criminali, aut pœnali, qualis erat ista, ut tenet Prosper Fagn. in cap. Nuper, n. 30. de seni. excom. pag. 169. quando pertinet ad Nuntium cum potestate Legati à latere debet de ea cognoscere, & non potest committere causam suo Auditori, ut declaratum fuit per Eminentissimos Cardinales apud Barbos. in declarat. ad Concil. Trid. sess. 13. de reformat. cap. 2. & 6. August. Barbos. in collect. n. 2. ibi: *Legatos, seu Nuntios Apostolicos non posse committere istas causas suis Auditoribus, ut illas videant tanquam judices delegati, resoluti Ald. in comp. canonic. resol lib. 5. tit. 8 num. 10. ubi ait sic fuisse resolutum 6. Octobr. 1588. & subdit sub die 24 maji 1590. fuisse decisum sententias latas ab Auditoribus Nuntiorum Sanctissimi in causis appellationis, in criminali nullas esse.*

Eleganter etiam Prosper Fagn. ad 10 textum in cap. Cum causam, de appell. pag. 254 num. 9. ubi refert eandem resolutionem Sacr. Congreg. ibi: *Si quæratur de causis appellationum à sententia Episcopi, vel ejus Vicarij in criminalibus lata, jam Sacra Congregatio declaravit Auditorem Nuntij non posse eas cognoscere, obstatque cap. 2. sess. 13. ac postea adiecit sententias Auditoris in causis hujusmodi appellationum latas excommuni errore non sustineri: & hæ declarationes auditis partibus editæ missæ fuerunt ad Nuntium Florentiae.*

Et ita observanda erat; declarationes 11 enim Sacrae Rotæ Romanæ obligant in utroque foro. Rodrig. tom. 1. quæst. regular. quæst. II. art. 1. & 12. Garcia de benef. in proæm. & 1. part. cap. 5. num. 73. & 132. Salas de legib. disp. 2. sect. 9. & sect. 21. disp. 12. Conrad. in praxi dispensation. cap. 7. num. 17. Sanch. selectar. disp. 28. Fermosin. ad rubr. de constitutionib. quæst. 12. latè explicat materiam ad varias quæstiones Prosp. Fagn. in cap. Quoniam, de const. per tot. & in cap. Cum venissent, de judic. & in cap. Olim, n. 63. & seqq. de major. & obedient.

Maximè interveniente brevitate 12 temporis, & horarum de tempore appellationis usque ad rescripti tempus, de quo cap. 1. num. 344. in quibus termi-

nis commissio est etiam nulla , juxta ea quæ ex Rebuff. tradit Mend. in prax. 2. part.lib.2.cap.3.num 10. vers. Nonò opponi potest contra Bullam acceleratio temporis.

13 Quibus suppositis jam constat de nullitate commissionis Illustrissimi Nuntij ; nam licet potuisset admittere causam appellationis interpositæ , hanc appellationem committere non poterat Reverendo Auditori , quia ut diximus num. 2. non potest committere causam appellationis interpositæ ab Archiepiscopo non observante suâ facultate, quia non potest decidere nec pronuntiare id in quo versatur dubitatio circa suam commissionem , maximè quando ei non constabat de appellationis interpositio- ne per publica documenta , ut diximus num. 4. Et etiam quia constabat de oc- cultatione in terminis , de quibus cap. I. num. 4. & dabatur contumacia sufficiens ad edicti promulgationem, ut in his ter- minis tradit Covar. in cap. Alma mater, de sentent. excom. in 6. §. 9. vers. Trina Felician. de Vega in relect. cap. i de judic. num. 86. & rationem præstat textus in cap. Intelleximus 7. de judic. Clementin 2. ut lite pendente , & in terminis Palafox. in lib. intitulato *Defensa canonica por la jurisdicion Ecclesiastica de la Puebla de los Angeles* , num. 145. pag. 130. & ideo non potuerat committere causam appella- tionis interpositæ à vero contumace, ut diximus in hoc cap. num. 6. maximè con- tra edictum Archiepiscopale , ut etiam diximus num. 7. & quando potuisset cog- noscere , nullo casu potuerat commit- tere appellationem interpositam à De- creto Illustrissimi Archiepiscopi suo Reverendo Auditori, esto quod haberet potestatem Legati à latere , ut constat ex Decreto Sacrae Congregationis de quo num. 8 & 9. & ideo cum constet de defectu potestatis, in hoc casu fuit com- missio nulla , ut diximus suprà cap. 38. num fin. maxime data celeritate in con- cessione , ut diximus in hoc cap.

## C A P U T L III.

Utrum Nuntius cum potestate Le- gati à latere possit suspendere interdictum promulgatum ab Archiepiscopo , aut Episcopo, à quo appellatum fuit : & quan- do habeat talē facultatem, vel non?

## S U M M A R I U M.

- 1 Legatus à latere concedere potest privi- legium celebrandi tempore interdicti, & suspendere interdictum positum ab Archiepiscopo, aut Episcopo , aliisque Prælati, qui sunt sub ejus legatione.
- 2 Contrarium, & num. 3. ubi de ratione.
- 4 Explicatur.

**L**Ichet Legatus à latere concedere i possit privilegium celebrandi tem- pore interdicti , & suspendere interdi- ctum positum ab Archiepiscopo , aut Episcopo, aliisque Prælati, qui sunt sub ejus legatione, ut tenet Henr. lib. 13. de excommunicatione & in interdicto cap. 48. § 3. & alij quos refert Sayr. de censur. lib. 5. cap. 13. num. 26. Silvester , & alij, quos refert August. Barbos. in cap. dilectus 55. de appellationib. num 10. Consti- tutio Ulliponens. lib. 5. tit. 47. da suspen- gam do interdicto , §. 4. pag. 543.

Attamen contrarium est verius, quia non potest suspendere interdictum , ut testatur August. Barb. in dict cap. Dilectus , num. 10 rationem præstat ex Hur- tad. de interd. difficult. 16. num 50. Castr. Palao de cens. disp. 5 punct. 7. §. 1. num. 3. ubi ad contraria respondet.

Quia inferiores Romano Pontifici, 3 quales sunt Legati , interdictum ab ipso Pontifice, vel ab aliis Prælati prolatum relaxare non possunt, nec in totum, nec etiam ad tempus suspendere , ut ex Co- var. in cap. Alma mater, part 1. §. 11. n. 6. vers. 2. tenet Henr. lib. 13. de censur. cap 51.

*cap. 51. §. 4 vers. 4. Suar. tom. 4 disp. 38.  
sect. 3. num. 5 juncto num. 6. vers. Et propter  
terea, quos & alios refert idem Barb. n. 3.  
& seqq ubi eleganter exornat, & ad omnia in contrarium respondet, & est omnino videndus, quia eleganter more solito resoluit.*

*4 Neque obstat Constitutio Ulissiponensis citata num. 1. quia solum disponit in casu ingressonis Legati à latere in Provinciam; & in alijs casibus solum afferit, quod aliqui DD. ad alia interdicta tollenda ei extendunt facultatem, & solum referendo quod DD. dicunt nihil statuit dispositivè: & esto quod disposeret, DD. in quibus fundatur sunt reprobati à Barbos. ubi supra, & solum loquuntur in illo casu, in quo habet facultatem expressam ad interdicta suspendenda: & solum in hoc casu est ei permisum, ut testatur idem Sayr. dict. cap. 13 dict. num. 26 ubi afferit in hoc casu loqui DD. quos citat, ut patet ex verbis ibi: Unde puto rem pendere ex forma concessionis Legationis, quæ fit ipsi Legato. Quod etiam tenet Barbos. dict. num. 10. maximè etiam quando dicti DD. loquuntur in Legato à latere, & dicta facultas ei concessa ad Nuntium Illustrissimum cum potestate Legati à latere non extenditur ultra facultatem, quia non est verè Legatus à latere, ut latè diximus supra, cap. 33.*

## C A P U T   L I V .

**Esto quod Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere potuisset suspendere interdictum virtute suæ facultatis, aut sine illa posita ab Illustrissimo Archiepiscopo, fuisse valida commissio, & suspensio.**

## S U M M A R I U M .

**I Nuntius cum potestate Legati à latere esto quod possit tollere interdictum**

*Archiepiscopi, solum id potest per viam gratiæ, & non per viam justitiæ: & num. 2. 3. & 4.*

**4 Quando Nuntius cum potestate Legati à latere committit appellationem, non procedit per viam gratiæ, sed per viam justitiæ.**

**5 Nuntius si habet potestatem suspendendi interdictum non potest eam committere suo Auditori.**

**N**egative resoluenda est quæstio i proposita, quia esto quod Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere potuisset suspendere interdictum, adhuc tamen ab illo suspensum non fuit, ut est certum per viam gratiæ, ut solum ei erat licitum, juxta doctrinam Sayri & aliorum, de quibus sup. cap. 53 num. 4.

Per Bullam expeditam suo nomine, iuxta ea quæ tradit Tamburin. *de jure Abbat. quæst. 2. disp. 16. per tol. tom. 1. Kochier ad regul. 25. num. 14. cum seqq.*

Sed per justitiæ viam commisit, quando concessit rescriptum commissionis appellationis interpositæ ab Illustrissimo Capellano Majori Reverendo Auditori, ut constat ex ejus tenore, de quo cap. 1 n. 11. ibi: *Audiat Auditor noster, citet, & constituta prius de gravamine inhibeat, absoluat, ac prout de jure restituat, procedat ut petitur, & justitiam faciat tam super interdicto generali hujus Civilatis, quam particulari Oratoris, & cum facultate interim suspendendi dicta interdicta ad tempus sibi bene visum, ad effectum agendi, maximè in iis diebus currentibus, quibus fideles frui solent pluribus indulgentijs, & audire conciones, aliasque devotiones peragere in his dictis currentibus temporibus pie institutis.*

Et in his terminis nihil statuit per viam gratiæ, solum facultatem dedit in appellationis commissione per viam justitiæ, ut eleganter tenet Ciarlin. *forens. tom. 2. c. 148. num. 33. per quam ei non erat licitum, sed tantummodo committere appellationem, esto quod potuisset, contra resoluta cap. 52. & adhuc etiam quando Illustrissimus Dominus Nuntius haberet facultatem suspendendi interdi-*

terdicta per viam gratiae: neque etiam potuerat committere interdicti suspensionem Reverendo Auditori, nec per viam justitiae, contra formam Concil. sess. 22. cap. 7. de quo diximus sup. neque etiam per viam gratiae; tum ex dictis in cap. 53.

5 Tum etiam quia quando Illustrissimus Nuntius haberet facultatem, ista talis facultas fuit ei concessa personalissime respectu dignitatis, & legationis, & virtute illius non potuerat validè suspensio fieri per Auditorem Reverendum, cui non poterat committere dictam facultatem suspendendi interdictum, ut eleganter tradit Gom. *super regul. de non judicando juxta formam supplicationis, in quest. 16. per tot. de quo vide Joan. à Sanctiss. Sacram. de offic. & potest Prioris claustral. part. 1. illar. 3. & 4. pag. 44. & seqq.* ad varias quæstiones circa similia.

tionem, & veras, & concludentes probationes.

**H**æc clausula, *constito prius de gravamine*, invenitur in commissio-  
nis rescripto, de quo c. 1. n. 11. & secun-  
dum eam non erat licitum Reverendo Auditori decernere supercessoriam, nec  
suspendere interdictum antequam apud  
eum justificaretur gravamen; hæc enim  
clausula est conditionalis, & formam in-  
ducit. Riccius *collectan. 1675.* cum mul-  
tis decisionibus Rotæ, Aug. Barb. *claus.*  
*25. num. 1. & seqq. & ultra quos refert*  
*Otthobon. decis. 153. n. 3. Rubeus decis.*  
*343. num. 8 vers. Et quatenus, & num. 14.*

Non dat enim iurisdictionem, nisi  
prius verificetur, ut resoluit Gratian.  
*cap. 869. num. 25. & cap. 991. num. 11.* Ro-  
ta apud Barb. *dict. claus. 25 num 3.*

Commissio enim conditionalis cum  
clausula, *constito prius de gravamine* an-  
tequam justificetur nihil ponit in esse, ut  
tenet Rota apud Otthobon. *decis. 130.*  
*num. 13.*

Nihil enim potest executor, nisi prius  
justificatâ dictâ clausulâ. Paris. *conf. 15.*  
*n. 14. lib. 4.* Puteus *decis. 275. num. 1 lib. 2.*  
Rota apud Barbos. *d. n. 3.* ubi etiam quod  
generale est, quod ubi iurisdictio datur  
sub tali conditione, quidquid fit ante  
eam purificatam est nullum. Gloss. *in*  
*cap. Cùm plures, de offic. delegati in 6 Au-*  
*gust. Barb. d. claus. 25. n. 4.*

Requirit enim hæc clausula judicia-  
lem indagationem, & causæ cognitio-  
nem. Gratian. *c. 961. n. 9.* Rota apud eundem  
Barb. *n. 5.*

Et deinde requirit veras, & concludentes  
probationes. Riccius *collectan. 1675.* Garcia *de benefic. 6. part. c. 2. n. 28.*  
& *c. 3. n. 64.* explicat cum multis decisio-  
nibus Rotæ idem Barbos. *dict. claus. 25.*  
*num. 6.*

## C A P U T L V.

**U**trum esto quod commissio Illus-  
trissimi Nuntij facta Reveren-  
do Auditori possit procedere  
contra Archiepiscopum Illus-  
trissimum, possit id fieri per su-  
percessoriam, inhibitoriam, aut  
suspensionem interdicti, non  
verificata prius clausula com-  
missionis, *constito prius de gra-  
vamine.*

## S U M M A R I U M .

- 1 *Clausula, constito prius de grava-  
mine, est conditionalis, & formam  
inducit.*
- 2 *Non dat jurisdictionem, nisi prius veri-  
ficetur: & num. 3.*
- 3 *Nihil potest executor nisi prius verifica-  
ta clausula constito: & quidquid fit  
ante eam purificatam est nullum.*
- 4 *Clausula, constito, requirit judicia-  
lem indagationem, & causæ cogni-  
tionem, & veras, & concludentes  
probationes.*

## C A P U T L VI.

**U**trum Reverendus Auditor, cui  
Nuntius cum potestate Legati à  
latere

latere commisit causam in casu in quo potest, possit ante transportationem actorum jubere supercessoriam, aut inhibitoriam temporalem, usque scilicet ad certum tempus, ut durante eo suspendantur edicta, ac mandata per Archiepiscopum, aut Episcopum; & ille teneatur obediendo executionem suspendere.

## SUMMARIUM.

1. Inhibitio aut est ad tempus, aut perpetua.
2. Inhibitio decreta ad tempus etiam ante actorum transportationem debet observari.
3. Fit supercessoria.
4. Inhibitio, sive justa, sive injusta, timenda est.
5. Inhibitione pendente, & decreta nihil est innovandum.
6. Inhibitio semper est servanda donec ad superiorem habeatur recursus pro declaratione, & donec a judice revocetur.
7. Inhibitioni non obediens non solum adversarium, sed Judicem offendit, & gravius peccat.
8. Ratio refertur.
9. Judex inferior non valet cognoscere de viribus inhibitionis Rotalis.
10. Sed tenetur ei reverenter obedire, & contemni non debet.
11. Inhibitio attentatum reddit quicquid postea gestum est; & quomodo.
12. Omnia supradicta procedunt quando inhibitio ad tempus, aut perpetua est canonica & conceditur cum requisitis Concilij Trid. & texius in c. Romana, de appellat. in 6. quæ comprehendunt etiam Nuntios, Legatos à latere, Patriarchas, Cardinales, aliosque, & eorum Auditores.
13. Decretum Concilij renovavit textus in c. Romana, in totum cum suis §§.
14. Non obstante quacunque consuetudine,
- etiam immemorali, aut stylo, aut privilegio in contrarium.
15. Alter inhibitiones, & processus & inde sequuta sunt nulla: & num. 18.
16. Et non causant attentatum, quia non fuere legitimæ, & in forma Concilij expeditæ.
17. Formalitas Concilij, & capitulii Romana, debet etiam observari in inhibitionibus super appellationibus, Decretis, & devolutis ad sanctam Sedem Apostolicam.
18. Inhibitio obtenta ad impedundam imminentem executionem interdicti, quod secum trahit executionem, est injusta, nulla, & calumniosa, & non est observanda, neque ei est obedendum, & sine pena ei contraveniri potest: & n. 20. 21. & 22.
23. Inhibitio nulla non ligat manus judicis inhibiti, quin procedere possit eâ non obstante ad ulteriora.
24. Inhibitio solum quando est Canonica ei obediendum est, & non quando illegitimè decernitur, quia iunc non causat attentatum, nec impedit executionem decreti inferioris.
25. Inhibitio decreta non canonice, & virtute commissionis nullæ, & à non habiente jurisdictionem, est nulla, & potest impunè sperni.
26. Inhibitio quando dicatur canonica, vel non.
27. Jurisdictionis est anima inhibitionis, & sine illa non potest decerni, nec obediare.
28. Ratio assignatur.
29. Inhibitio non canonica, aut minus canonica, est nulla, & inferiorem judicem non arcat.
30. Idem judicandum est de inhibitione nulla, ac de injusta.
31. Stylus contra legem non observatur.
32. Stylus Rotæ debet observari in Curia Romana, & extra eam non obligat in partibus.
33. Reprobatur Salgad. citatus à Reve rendo Auditorie.
34. In auditorio Ecclesiastico observatur jus canonicum.
- Stylus Regni Castellæ non observatur in hoc Regno Portugalie: ibid.
35. Supercessoria, aut inhibitio temporalis non

*non definit esse perpetua respectu sui effectus, quantumvis apparetur vocetur temporalis ob termini appositiō nem; quoniam omnis actus, & dispositio judicatur secundūm effectum suum, non secundūm nomen fictum, & appositorum.*

**I**acet inhibitio aut sit ad tempus, aut perpetua, Salgad. *de reg. protect. 2. part. cap. 10. per tot. & n. 29. & seqq.* citatus à Reverendo docto que Auditore in suo edicto, de quo *cap. 1 num. 14.*

**2** Et decreta ad tempus etiam ante actorum transportationem debeat observari, ut tenet Salgad. *dict cap. 10. num. 47. & seqq.*

**3** Et superfessoria, ut in Auditore Signaturæ sacræ Rotæ Romanæ tradit Bicch. *decif. 451. num. 3.* & in omnibus de stylo Hispaniæ testantur Salgad. & Mend. *in praxi, 2. part. lib. 2. cap. 11. num. 24.* ubi de stylo Regni nostri.

**4** Quia sive justa, sive injusta, ex Rotæ stylo timenda ac obedienda est, Ciarlin. *forens. tom. 2. cap. 125. num. 55.* Burat. *decif. 267. num. 6.* & annot. ad *decif. 177. n. 9.* & *decif. 652. num. 1.* & *902. n. 5.* & *909. num. 1.* Lancellot. *de attent. part. 2. cap. 20. ampl. 11.* Salgad. *de reg. protect. 2. part. c. 10. n. 27.* Bicch. *decif. 524 num. 5.* & *491. num. 2.* Otthobon. *decif. 33. num. 4* & *decif. 108. num. 2.* Sesse de inhibit. *cap. 10 §. 2. n. 12.* & *cap. 24. num. 10.* Rot. apud Paul. Rubeum *decif. 75. num. 4.* Salgad. *dict. cap. 10. n. 27.* & seqq. Clemens Merlin. *decif. 241. num. 1.* & *decif. 730. num. 2.* & *decif. 738. num. 12.* Cavaler. *decif. 611. num. 1.* Fermosin. *in cap. Ut nostrum, de appell. quæst. 1. n. 6.*

**5** Inhibitione namque pendente, & decretâ, nihil est innovandum, ut tenet Thomat. *decif. 17. num. 12. part. 1.*

**6** Semper enim est servanda, quamvis dubium sit an afficiat donec ad superiorum habeatur recursus pro declaratio ne, & donec à Judice revocetur, ut tenet Bicch. *decif. 352. num. 14.* & *decif. 514. n. 8.* qui loquitur in inhibitionibus Rotæ, Thomat. *2 tom decif. 166. num. 9.*

**7** Inhibitioni enim non obediens, non solum adversarium, sed judicem offendit, & gravius peccat. Sesse de inhibit. *cap. 44. num. 11.*

Quia post inhibitionem, sive genera lem, sive particularem nihil innovari debet, sed solum obediendum est, ne imperium superioris fiat illusorium, ut tenet Bicch. *decif. 404. num. 2.* & *decif. 439. n. 6.* Thomat. *tom. 2. decif. 166. num. 3.*

Judex enim inferior non valet cog noscere de juribus inhibitionis Rotalis, Otthobon. *decif. 108. num. 3.* Thomat. *2. tom. decif. 166. num. 10.* & *decif. 283. n. 34.* Mend. *in praxi, 2. part. lib. 2. cap. 11. num. 35.*

Sed tenetur ei reverenter obedire, & penitus ab omni actu abstinere, ut pro sequitur idem Otthobon. *dict. decif. 108. n. 5.* & *6.* contemni namque non debet, Thomat. *2. tom. decif. 166 num. 8.*

Et ideo inhibitio attentatum reddit quicquid posteā gestum est. Otthobon. *decif. 52. num. 3.* & *decif. 93. num. 5.* & *decif. 108. num. 1.* Rot. apud Rub. *decif. 75. num. 5.* ubi quod est attentare etiam ex centro trium conformium: ampliat etiam in casu non appellabili Merlin. *decif. 730. num. 2.*

Attamen hoc intelligendum est quando inhibitio ad tempus, aut perpetua est canonica, aut conceditur cum requisitis capitis *Romana*, *de appell. in 6. quæ observari jubet S. Concil. Trident. sess. 22. cap. 7. de reformat.* & comprehendit etiam Nuntios Legatos à latere, Patriarchas, Cardinales, aliosque, & eorum Auditores, ut sunt verba Concilij, & textus in *dict. cap. Romana*, & testatur Ciarlin. *forens. tom. 2. cap. 125. per tot. & maximè num. 44.* & seqq. August. Barb. *in dict. Conc. & ad cap. Romana, num. 5.* & seqq. Rota apud Salgad. *de reg. protect. 2. part. cap. 1. num. 2.* & *21.* à Reverendo Auditore citatum.

Decretum enim S. Concilij Tridentini *sess. 22. cap. 7.* renovavit dictum caput *Romana*, cum suis §§. in totum, & per omnia. Gratian. *in reg. 40. in princip. Lan cellot. de attentat. 2. part cap. 20. in præfat. quæst. 5. num. 165.* Martha in *compend. decision. tom. 1. tit. de inhibit. cap. 10. n. 11.* Marchesan. *de commissionib. 2. part. cap. 1. num. 52.* Salgad. *dict. cap. 10. num. 19.*

ab Au-

ab Auditore Reverendo citatus.

- 14 Non obstante quacunque consuetudine etiam immemoriali, aut stylo, aut privilegio in contrarium, ut sunt verba dicti Concilij, Ciarlin. *dict. cap. 125. n. 7.* & 44. & verba Concilij sunt sequentia: *Tam in admittendis appellationibus, quam in concedendis inhibitionibus servare teneantur formam, & tenorem Sacrarum institutionum, & praesertim Innocentij IV. quae incipit, Romana, quacunque consuetudine etiam immemoriali aut stylo, & privilegio in contrarium non obstantibus.*
- 15 Aliter inhibitiones, & processus inde sequuta sunt nulla, ut prosequitur idem Concil. Ciarlin. *dict. cap. 125. n. 7. & 8.* & verba Concilij sunt sequentia: *Aliter inhibitiones, & processus, & inde sequuta quacunque sunt ipso jure nulla.*
- 16 Et non causant attentatum, quia non fuere legitime, & in forma Concilij expeditæ, ut declarat Concil. & textus *in cap. Romana*, & testatur Otthobon. *decis. 52. num. 4.*
- 17 Quia dicta formalitas Concilij, & Capitis *Romana*, debet etiam observari in inhibitionibus decretis super appellationibus interpositis & devolutis ad sanctam Sedem Apostolicam, ut declaravit sacra Congregatio Cardinalium, quam declarationem ad literam in his terminis refert Salgad. *dict. cap. 10. n. 41.* & citatur à Reverendo Auditore citato.
- 18 Quare cum non observaretur in his terminis, decretum S. Concilij Trident. & dictum Caput *Romana*, *de appell.* in 6. tam successoria, & inhibitoria ad tempus quindecim dierum, quam edictum à Reverendo Auditore fuit nullum, & omnia inde sequuta invalida fuere, ut sunt verba dicti Concilij, & textus, prout testatur Ciarlin. *forens tom. 2. cap. 125. num. 1. & seqq.* & Barbos. *ubi sup.*
- 19 Obtenta enim ad impediendam eminentem executionem interdicti, quod secum trahebat executionem, erat injusta, nulla, & calumniosa, ut eleganter tenet Bicch. *decis. 466. num. 11.* ubi multoties decisum in Rota refert.
- 20 Et ut nulla non erat observanda. Ciarlin. *dict. cap. 125 num. 1. & seqq.*

Pars I.

Quia concessa contra formam Conciliij & Capitis *Romana*, est nulla & invalida, & sine poena ei contraveniri potest, ut prosequitur Ciarlin. *dict. cap. 125. n. 53. §. His ibi His igitur non servatis inhibitiones sunt nullæ, & invalidæ, & sine poena eis contraveniri potest.*

Non est etiam ei parendum, aut obediendum, ut legitur in dicto Concil. Trident. *sess. 22. cap. 7. de reform.* & in decreto S. Congr. *m § 5. inhibitionis*, cuius tenor per extensum est apud Quarant. verb. *Archiepiscopi autoritas, sub n. 20. vers.* Secundum est. Ricc. *in praxi fori Eccles. resol. 404. sub num. 1.* Pias. *in praxi Episcop. part. 2. de appell. cap. 4. n. 18.* Scacc. *de appell. c. 2. quæst. 17.* Spercl. *decis. 48. sub n. 46.* Ciarlin. *d. c. 125. num 46. & num. 53.* ibi: *Eisque impunè non parere licet: & n. 54.* Fermosin. *in cap. Ut nostrum, de appellat. quæst. 1. num 4.*

Inhibitio enim nulla non ligat manus *judicis inhibiti*, quin procedere possit eā non obstante ad ulteriora, *cap. Non solum, in fine de appellat.* Ciarlin. *dict. cap. 125. num. 54.* Fermosin. *dict. quæst. 1. num. 4 & 16.*

Solum namque quando est canonica *ei obediendum est*, & non quando illegitimè decegnit, quia tunc non causat attentatum, nec impedit executionem decreti inferioris. Ciarlin. *dict. cap. 125. n. 56.* Thomat. *2. tom. decis. 283 n. 15.* Fermosin. *dict. quæst. 1. num. 4. & 16.*

Et ideo talis inhibitio decreta non canonice, & virtute commissionis nullæ, & à non habente jurisdictionem, est nulla, & potest impunè sperni, ut ex Surd. *conf. 424. num 46. & 44.* Gratian. *cap. 17. sub n. 3.* & alijs tradit Bicch. *decis. 448. num. 14.* ubi judicatum refert in sacra Rota, & *dec. 474. num 33.* Thomat. *2. tom. dec. 283. num. 15.* Fermosin. *ubi suprà.*

Ad hoc ut inhibitio dicatur canonice facta, multa concurrere debent, scilicet quod constet causam per appellationem fuisse ad superiorum devolutam, eamque intra decem dies fuisse interpositam, & antequam inhibitio relaxetur, pars est citanda ad contradicendum; & etiam requiruntur alia, de quibus DD. statim citandi; alias inhibitio non tenet, nec

nec est canonica, ut per textum *in cap. Romana*, §. *Quod si objiciatur, de appell. lib. 6.* cuius observationem mandat Concil. Trident. *sess. 22. cap. 7. de reform. eleganter Ciarlin.* *dict. cap. 125. num. 57.* & seqq. multos refert Baron. *dec. 2. part. in add. ad quæst 17 num 29.* Thomat. *part. 1. dec. 111. n 9.* latè Salgad. *de reg. protect. 2. p. cap. 10. per tot.* & num. 20 ubi multos refert: cum multis August. Barbos. *ad dict. Concil. Trident.* & *in dict. cap. Romana, num. 5.* & seqq. Mend. *dict. c. 11. §. 1.* Oliva. *de foro eccles. quæst. 8. num. 21. pag. 56.* Fermoſin. *in cap. Ut nostrum, de appell. quæst. 1. & 2.* ubi de notificata à notario.

27 Et cùm non sit canonica, non est ei obediendum, quia defecit jurisdictionis: & qui jurisdictionem non habet, non potest decernere inhibitoriam; & si eam decernit, non est canonica, nec est ei obediendum, ut optimè tradit post alios Scan. *in propugn. Relig. Milit. discept. 16. cap. 3. n. 16. & 18.* quem Ego ipse refero *in comment. ad ord. tom. 3. pag. 44. n. 125.* & 126 Oliva *de foro eccles. quæst. 17. num. 33.*

28 Quia cùm sit decreta de facto, quando non est Canonice concessa, ei non tenetur Ordinarius parere. Covar. *præt cap. 24. num. 3.* Salgad. *dict. cap. 10. n. 78.* Fermoſin. *d. quæst. 1.*

29 Inhibitio enim non canonica, aut minus canonica est nulla, & inferiorem judicem non arctat. Concil. Trident. *dict. sess. 22. cap. 7.* Salgad. *d. 2. part. d. cap. 10. num. 19.*

30 Et idem judicandum est de inhibitione nulla minus solenniter, & minus canonice expedita, sicut de injusta, & contra jus, ut habetur *in cap. 2. de in integ. rest.* Fermoſin. *d. quæst. 1. num. 77.* Salgad. *dict. cap. 10. num. 79 & 80* ubi quod in hoc casu potest cognoscere an possit inhiberi.

31 Neque obstat stylus Sacrae Rotæ Romanae, de quo *num. 4* tum quia est reprobatus per S. Concilij decretum, ut suprà ostendimus *num. 12.* & stylus contra legem observari non debet, ut exornavimus *forens. cap. 1. num. 18. 19. & 20.*

32 Tum etiam, quia quamvis stylus Ro-

tæ debeat observari in Curia Romana, extra eam non obligat in partibus, nec in eis attenditur, ac observari debet, ut ex Lancelot. & alijs tenet Salgad. *d. cap. 10. n. 27. & seqq. & 1. part. cap. 2. §. 3. n. 19.* cum seqq. ubi plurimas decisiones Rotæ ad idem refert, quibus adde Cevall. & Rebuf. sequutos à Sanch. *de matrim. tom. 3. lib. 8. diff. 21. sub n. 16.* qui loquitur in rescriptis iustitiæ expeditis in Curia.

Neque etiam obstat stylus inhibitio-<sup>33</sup> nis temporalis, de qua Salgad. in principio citatus, & à Reverendo Auditore *d. cap. 10. & n. 47. & seqq.* & Mend. de quo *in princip. num. 3.* quæ dicitur vulgo *supercessoria*, decreta à Reverendo Auditore: tum quia est contra Sacrosancti Concilij Trident. decretum, de quo suprà, in quo reprobatur consuetudo in contrarium.

Tum etiam quia idem Salgad. fatetur <sup>34</sup> *num. 47.* quod contraria resolutio est in puncto juris verior, ut patet ibi: *Et lucet in puncto juris resolutio hujus quæstionis verissima sit.* Et cùm in hoc Regno debat observari jus, & non stylus ex dispositione Ord. *lib. 3 tit. 64. §. 1.* & in judicio Ecclesiastico jus Canonicum, ut multis citatis tenet Leitam *in privatis Scholis ad tit. de differentijs inter jus commune & ord. n. 1. & seqq.* non debebat observari supercessoria, nec inhibitoria temporalis ex stylo Regni Castellæ, qui ad hoc Regnum non extenditur, ex dictis à Valenz. *conf. 33 num. 231.* maximè contra jus, juxta quod exulare debet, ut tenent multi, quos Ego ipse refero forens. *cap. 1. num. 18 & seqq.* Ex quibus etiam reprobatur assertio Mend. ex adverso allegati: & ita fuit nulla inhibitione, & supercessoria temporalis Reverendi Auditoris, ut etiam dicemus infrā, & tenet in specie Salgad. *de libert. benefic. cap. 7. num. 23.*

Nec ista supercessoria aut inhibitione <sup>35</sup> temporalis desinit esse perpetua respectu sui effectus, quantumvis apparet vocetur temporalis ob termini appositionem, quoniam omnis actus & dispositio judicatur secundum effectum suum, non secundum nomen sicutum & appositorum, ut est textus *in l. Si in insulam 6. l. S. unum,*

*unum, l. Lege 32. ff. de præscript. verb. cum alijs de quibus eleganter Hieronym. Gabriel conf. 168. num. 4. vol. 1. Seraphin. dec. 794. num. 1. & seqq. eleganter Bald. in l. 2. Cod. de commodat. & ideo talis stylus introductus contra jus non admittitur, nec attenditur, ut tenet Giurb. conf 39. num 45. 70. & 71. & in terminis supercessoriæ tenet Salgad. ae libert. benef. cap. 7. num. 23.*

apud Perusin. Posth. *de manut. obs. 103.* num. 23.

Et eadem nullitate laboravit decretum Reverendi Auditoris in fine compulsořia, & supercessoriæ, §. *Ordo, de qua cap. 1. num. 10. in fin.* Tum quia contra stylum, & autoritatem debitam Illustrissimo ac Reverendissimo Archiepiscopo, & extra stylum: tum quia cùm Dominus Archiepiscopus esset præsens suo Palat. o, & semper promptus & paratus ad justitiæ obedientiam, & administrationem, tale decretum scribi non debuerat, in quo decretum erat, quod affixio per Palatij portas facta fuisset, quando solùm in absentia ac mora in partibus longinquis sufficit affixio ad valvas Ecclesiæ. *Clementin. Causam*, ubi notant omnes, *de electione*: Barb. *de Canonic. & Dignitatib. cap. 20. sub num. 18. vers Non longè absit.* Et tunc quod fuerit præsentata, probatur ex relatione executoris, cui tanquam de re ad ejus officium spectante fides adhibetur, & alijs modis, de quibus Bicch. *dec. 615. per tot.*

Et ideo non debebat decernere tale decretum, quando etiam de jure certum est, quod intimatio debet geri personaliter, & etiam facta procuratori non suffragatur. Clemens Merlin. *dec. 29. n. 11.*

## SUMMARIUM.

- 1 *Supercessoria aut inhibitio est nulla quando decernitur cum potestatis defectu.*
- 2 *Inhibitioria solùm affigitur per portas, quando citatus est absens in partibus longinquis.*
- 3 *Intimatio debet fieri personaliter, & etiam facta procuratori non suffragatur.*

**H**Æc nullitas est clara, quia tam commissio, quām supercessoria & inhibitoria est nulla, & contra formam Concilij & capit. *Romana*, de facto fuit decreta, ut ostendimus *cap. 56.* & in his terminis non erat licitum Reverendo Auditori decernere talem declaratoriam, aut edictum ob contraventionem supercessoriæ, & inhibitionis nullæ, aut decreti transacti cum tali defectu, ut eleganter tradit decisum in sacra Rota Romana Cælius Bicch. *dec. 448. num. 15.* ex varijs decisionibus Rotæ Pars I.

## CAPUT LVIII.

Utrum Reverendus Auditor virtute commissionis Illustrissimi Nuntij cum potestate Legati à latere possit suspendere interdictum ad tempus ante actorum transportationem, quando promulgatum fuit ab Illustrissimo Archiepiscopo aut Episcopo, à quo appellatum fuit.

## SUMMARIUM.

- 1 *Reverendus Auditor, cui commissa fuit causa, potest suspendere interdictum, & quare num. 2. & 3.*

- 4 *Contrarium est verius.*
- 5 *Delegatus excedens formam commissio-  
nis procedit ut privatus.*
- 6 *Si delegatus excedat limites suæ delega-  
tionis non est ei obediendum, & potest  
ab Ordinario puniri, & animaduer-  
ti, suumque edictum annullari.*
- 7 *Respondetur argumentis contrarijs.*
- 8 *Supersessoria, aut inhibitio temporalis  
afficu actus futuros, & non præteri-  
tos: & n.9.*
- 10 *Nulla maior nullitas in jure est, quam  
defectus potestatis: & quod ultra po-  
testatem fit, nulliter fit.*
- 11 *Laxatio interdicti non est diversa à  
suspensione illius; idem enim est rela-  
xatio, ac suspensio interdicti & in-  
jure æquiparantur.*
- 12 *Non potest relaxari interdictum ad  
cautelam, sicut potest relaxari excom-  
municatio: & quare.*

**I**N hac quæstione videbatur respondendum affirmativè; tum ex dictis *in cap. 56. num. 1. & seqq.* tum etiam, quia etiam absque commissione expressa suspendendi potuerat concedere supersessoriā ad tempus quindecim dierum, ut concessit in forma, de qua *cap. 1 num. 12. ex stylo de quo Mend. in praxi, 2. part. cap. 11. num. 24. Salgad. dict. cap. 10 n. 29. & seqq.* & etiam *num. 47.* à Reverendo Auditore citatus.

**2** Secundò, quia textus *in cap. Romana, §. Sententias, de appellatione. lib. 6* solùm prohibet revocationem interdicti, aut declarationem nullitatis sententiæ illius antequam de appellatione legitimè cognoscatur, ut patet ex verbis ibi: *Senten-  
tias quoque interdicti, vel suspensionis, seu  
excommunicationis in appellantem, ab eo à  
quo appellatum proponitur promulgat as  
nullatenus nisi vocatis partibus, & de ap-  
pellatione legitimè cognitâ revocent, aut  
denuntient esse nullas.* Et his verbis mani-  
festè constat, non esse interdicti suspensionem prohibitam; quare licita erit sus-  
pensio, quia non invenitur prohibita in  
dicto textu, sed solùm revocatio, & re-  
laxatio, res diversa à suspensione.

**3** Tertiò, quia excommunicatio, & interdictum paribus passibus ambulare vi-

dentur, c. *Ad hæc, c. Cum medicinalis, de  
appell. in 6.* Et sicut excommunicatio po-  
test tolli ad cautelam, ita interdictum,  
ut notat Leand. *tr. 5. de interd. disp. 10. q.  
15. in principiis.*

Sed his non obstantibus contraria re-  
solutio est indubitabilis, quia cùm inter-  
dictum fuisset generale civitatis, ad cau-  
telam relaxari, nec suspendi potest, ut  
est textus expressus *in cap. Præsentis 10.  
de sententia excommunicationis, lib. 6 ibi;  
Præsentis generali declaramus edicto, bene-  
ficium relaxationis ad cautelam quoad in-  
terdicti sententias in Civitates, Castra, vel  
quælibet alia loca, sive terras aliquas gene-  
raliter promulgatas locum aliquatenus non  
habere.* Et merito, quia differtur relaxa-  
tio interdicti usque ad finem causæ, ut  
sunt verba Glossæ ibi, verbo *Præsentis, in  
fin.* & ita resoluunt Barb. *ibi in collectan.  
num. 1. & 2. Henr. lib. 13 cap. 51. § 4. lit.  
R. cum multis Saya. de censur. lib. 1. cap.  
15. n. 7. Bonac. de censur. disp. 5. punct.  
ultim. num. 9. Leand. ubi supr. vers. Sed:  
Castr. Palao de censur. disp. 5. punct. 7. § 2.  
num. 9. pag. 280 Mar. disp. 35 sicut 3. num.  
2. Avila 5. part. disp. 6. dub. 5. concl. 2.*

Et cùm commissio fuisset concessa;  
prout de jure, ut patet ex verbis relatis  
*in cap. 1. num. 11. ibi, absoluat ac prout de  
jure restituat, procedat ut petitur, & ju-  
stitiam faciat, tam super interdicto gene-  
rali hujus Civitatis, quam particulari;*  
cùm de jure ei non competeteret suspen-  
sio interdicti, ut dictum est, nulliter de  
facto, & contra juris regulas decrevit  
suspensionem, esto quod præmissa fu-  
set commissio; quia Reverendus Audi-  
tor delegatus excedens formam com-  
missionis procedit ut privatus, & est nul-  
lum quidquid effecerit, ut tenet Frances  
*Pastoralis regular. 1. part. clausul. 10 pag.  
26. num. 15. eleganter Joan. à S. Sacra-  
mento de officio & potest. Prior. claustr.  
part. 1. illat. 2. & 3.*

Quare si delegatus excedat limites  
suæ delegationis, non est ei obediendum,  
& potest ab Ordinario puniri, & ani-  
madverti, suumque edictum annullari,  
ut ex Barb. *de potest. Episcop. 3. part. al-  
leg. 106. n. 27. & 28. tradit Frances pasto-  
ralis Regular. 2. part. cap. 15. n. 3. & mul-  
tis*

tis citatis tenet eleganter Themud. dec. 53. & 54. & ita nulla fuere edicta affixa Reverendi Auditoris, de quo in cap. 1. num. 1. & num. 14. & ut talia declarata optimo jure in pastorali decreto ab Illustrissimo Archiepiscopo fuere, ut dictum suprà est, ubi ad omnia responsum fuit.

7 Neque obstant in contrarium adducta. Non primum de supersessoria: tum ex dictis cap. 56. n. 12. & seqq. tum quia quando haberet locum, non poterat suspendere interdictum jam promulgatum legitimo tempore, quod secum trahebat executionem, quia supersessoria, aut inhibitio temporalis afficit actus futuros, sed non præteritos. Lancellot. *de attent.* part. 2 cap. 20. in prefati ne, num 12 cum alijs Eurat. dec. 902. num. 5. quos refert Bicch. dec 384 num. 4. ibi: *Ac inhibitio ad formam commissionis à me concessæ afficit actus futuros, non præteritos:* & dec. 324. n. 1. ibi: *Cum respiciat futura, non autem præterita.*

8 Et merito, quia dictus stylus secundum eosdem DD. loquitur tantummodo in suspensione futura; hoc enim significat supersessoria: nullibi enim legitimus hoc remedium & facultatem præmissam fuisse executioni jam paratam, ut in fortioribus terminis clare ostenditur in c. *Si quando, de rescriptis, c. Cùm te-* neamur, *de præbend.*

9 Repugnat enim naturæ ipsius supersessoriae, cùm detur ad supersedendum, nec ultra quam executione non facta verificari potest; facta quippe executione interdicti per affixionem, quod secum trahebat executionem, cùm non subsistat subiectum habile, facultas concedendi supersessorias non extenditur ad executionem præteritam, nec potest retractare interdictum, quod legitimo tempore fuit promulgatum, ut judicatum fuit in Sacra Rota Romana multo tis, prout in his terminis testatur Jacob. Cavaler. dec. 287. ubi cùm dubitatur an facultas suspendendi, & super sedendi in commissione operetur execu tione jam facta, fuit negativè responsum in hæc verba: *Et Domini responde runt negativè.* Et præstat rationem in

verbis ibi: *Quia non potest supersederi in executione jam perfecte consummata, ut dictum fui in Aquiliana benficij, 28. Maij 1599. coram B. M. Peña.* Et ibi refert multas decisiones, & etiam Marchesan. *de commissionib. appellationum ab execu tione Brevis, 1. part. §. 2. qui est 19. in ordine, pag. 437 ubi prætitat rationem in ver bis ibi: Cùm illa operetur suspensio m. non revocationem executionis jam factæ. ut fuit dictum in pluribus causis.* Et ibi refert multas decisiones sacræ Rotæ Romanae; & folio 433 & fol. 469 & est decisio 88. n. 5. & 6. post tractatum Posthij *de manu-* nut. in qua aliae plures decisiones etiam recensentur.

Et ideò deficiebat potestas suspen- 10 dendi & decernendi supersessoriam ad hoc ut interdictum jam promulgatum suspenderetur, quia interveniente fuit supersessoria & edictum Reverendi Auditoris nullum; nulla enim in jure major nullitas est, quam defectus potestatis; & quod ultra potestatem fit, nulliter fit. Giurb. dec. 96 sub n. 10 idem Salgad. à Reverendo Auditore citatus in edito, de quo c. 1. n. 14. 4. p. 6. n. 3. & omnia edita inde sequuta fuerunt nulla, quia dicta nullitas refunditur in sequentia. Giurb. conf. 9. sub n. 14. in fin. Guazin. *de de fensione reor. p. 2 c. 2. n. 3.*

Ad secundum respondetur negando 11 relaxationem interdicti esse diversam à suspensione illius; idem enim est relaxatio, ac suspensio interdicti, & in jure equiparantur, ut tradit Barb. *in dict. cap. Dilectis, de appellat. num. 3.* ibi: *Quod inferiores Romano Pontifici interdictum ab ipso Pontifice, vel ab alijs Praelatis prolatum relaxare non possunt, nec in totum, nec etiam ad tempus suspendere.* Castro Palao dict. punct. 7. §. 1. n. 1 ibi: *Nam illa suspen sio est interdicti sublatio;* & ad hoc allegat multos DD.

Ad tertium respondetur, non posse 12 relaxari interdictum ad cautelam, ut ex communicatio, quia sic decretivit Greg. X. *in d. c. Præsenti, de sententia excommuni cationis, lib. 6.* ex cuius verbis relatis suprà n. 4. constat, quod si detur talis relaxatio, omnino sit nulla, ut notat Gloss. ibi, *verb. non habere.* Sic omnes. Gloss. in

*d.c. Præsentis, quæ rationem affert, quare Pontifex voluit quod relaxatio interdicti generalis localis non habeat locum, sicut relaxatio excommunicationis; dicendo quod hoc statuit Greg. X. propter communionis periculum in excommunicationes; unde ad aliorum cautelam fit hæc absolutio. At in participatione interdictorum non est tantum periculum, & ideo suspensio, aut relaxatio ad cautelam non habet locum in interdicto, sicut habet in excommunicatione; sed differtur relaxatio interdicti usque ad finem causæ, ut eleganter respondeat in hac specie Leand. tract. 5. de interdict. part. 6. disp. 10. quest. 15. vers. Sed, pag. mihi 420.*

siæ , ex decreto S. Cong. apud Ciarlin.  
tom. 2. forens. c. 125. n. 108. & ex Gloss. in  
c. Præsentii, de sent. excom. lib. 6. Pasqualig.  
de contr. inter Episcop. & Reg. 2. p. q. 16.  
cum alijs Alphonsi de Leon de censur. re-  
sol. 2. n. 786. & seqq. Salgad. à Reveren-  
do Auditore citatus part. 2. c. 1. in fine.

Attamen non potest fieri ante acto-  
rum transportationem , sed post eam,  
constito sibi de appellatione , auditis  
partibus, causâ cognitâ, parte citatâ, &  
visis actis, prout est resolutum per Sacr.  
Congreg. apud Ciarlin. d c. 125 n. 106.  
107. & 108 & in Legato à latere idem  
dicit cap. 148. n 35 & 36. Pasqualig. de  
contr. inter Episcop. & Reg. 2. p. q. 16. &  
idem decretum Sacræ Congregationis  
tradit Salgad. à Reverendo Auditore ci-  
tatus in suo edicto, de quo c. 1 n. 14 p 2. c. 1.  
n. 247 & 2. p. c. 4. n. 209. Themud. 2. p. in  
prefat. c. Romana, per tot. §. Sentencias de  
appellat. in 6 & cum sine his requisitis  
procederet Reverendus Auditor , licet  
solum promulgata esset excommunica-  
tio, nec illam etiam ad cautelam relaxa-  
re potuerat.

## C A P U T L I X.

**Utrum Reverendus Auditor virtute  
commissionis factæ ab Illu-  
strissimo Nuntio cum potestate  
Legati à latere ante auctorū  
transportationem possit relaxa-  
re excommunicationem peredi-  
cta promulgatam ab Illustrissi-  
mo Archiepiscopo aut Episco-  
po, à quo appellatum fuit.**

## SUMMARIUM.

- 1 Relaxatio excommunicationis potest fieri ad cautelam per breve tempus cum reincidentia præstitâ per excommunicatum cautione de stando juri, & paren-  
do mandatis Ecclesiæ.
  - 2 Relaxatio non potest fieri ante actionum transportationem, sed post eam, consti-  
to de appellatione, auditis partibus,  
causâ cognitâ, parte citatâ, & visis  
actis.

**Q** Uamvis relaxatio excommunica-  
tionis possit fieri ad cautelam per  
breve tempus, cum reincidentia, præsti-  
tâ per excommunicatum cautione de  
stando juri, & parendo mandatis Eccle-

## C A P U T L X.

Utrum si Nuntius cum potestate  
Legati à latere contendat cum  
Archiepiscopo , aut Episcopo,  
possit recurri ad Principem , ut  
cesset competentia inter eos  
orta?

## SUMMARIUM.

- I** Urum si Nuntius contendat cum Ar-  
chiepiscopo, possit recurri ad Princi-  
pem.

**D**E hac quæstione agit eleganter in terminis Villaroel. *Gouveno Eccl. y pacific.* p. I. q. 4 art 5. n. 11. & seqq. ubi mu'ta refert. Beroi. *conf.* 56. n. 13. *vol.* 3. *Thefaur.* *dec.* 82 *Guttier.* *pract.* q. 34 n. 18. & 22. *lib.* 1. Ol. ban. *Lusit.* c. 14 n. 144. Cephal.

Cephal. conf. 19. Cabed. de jure patron. c. 36. n. 3. Cancer. var. lib. 3. c. 14. num. 7. & seqq. Borel. de præst. Reg. Catholic. c. 71. n. 58. & 59. textus optimus in c. Quia à Sancta Romana, & c. 2. 8. in ordine, 63. dist.

## C A P U T LXI.

**Utrum Illustrissimus Archiepiscopus, recognitâ ejus jurisdicione, possit collere interdictum ab eo promulgatum in defensione in sua jurisdictionis, in competentia orta inter eum, & Illustrissimum Nuntium cum potestate Legati à latere.**

## SUMMARIUM.

- 1 **Cùm jurisdictione manet illæsa, sequitur tollere interdictum.**
- 2 **Interdictum potest tolli ab eo qui illud promulgavit: & quid in interdicto, excommunicatione, aut suspensione juris.**
- 1 **R**esolvenda est quæstio affirmativè, quia cùm per recognitionem, de qua in c. 1. num. 16. jurisdictione Ordinarij maneret illæsa, sequebarur debere tolli interdictum per Illustrissimum Archiepiscopum, ut inquit Ciarlin. forens. contr. 125. tom. 2. num. 98. Valenz. contra Venetos 5. part. num. 52. & seqq. Sayr. de censor. lib. 5. c. 15.
- 2 **Cùm enim promulgatum fuit ab Illustrissimo Archiepiscopo, ab ipso tolli licitum erat, ex c. Per tuas 40. §. In Sardensi, ubi Gloss. verb. Nullus, & in c. Sacro 48. de sent. excom. cum alijs de quibus Escobar de utroque foro tom. 2. de confess. solcit. p. 2. q. 4. §. 1. n. 24. pag. mihi 175. Leon de censor recoll. 2. n. 786. & seqq. Ricciul. de jur. person. c. 66. Aug. Barb. in c. Dilectis 55. de appell. & de potest. Episcop. alleg. 39. Fermosin. late in c. Pastorale 35. de appell. §. Verum, q. 1. & seqq. Suarez de censor. disp. 38. de interdict. sect. 1. & seqq.**

Prosper Fagn. in c. Canonum statuta, num. 32. de const. & in c. Ad hæc, n. 22. de relig. domib. Sayr. de censor. lib. 5. c. 15. & n. 19. Castr. Palao p. 6. de censor. disp. 5. punct. 7. §. 2. & seqq. & disp. 1. punct. 10. & seqq. Leand. de censor tract. 5. de interdict. disp. 10. quæst. 1. & seqq. & de excommunicat. & de censor. disp. 11. q. 5. & seqq. & de suspens. disp. 5. q. 1. & seqq. & disp. 17. § 1. q. 1. & seqq. & §. 2. & seqq. qui omnes etiam agunt quid dicendum quando excommunicatione, aut suspensio, aut interdictum est à jure positum, & quis possit absoluere, relaxare, suspendere, & tollere: de qua re etiam Const. Archiepiscop. Ulissipon. lib. 5 tit. 4. & 48.

## C A P U T LXII.

**An, & quando sit vitandus Clerici aut Monachi percussor, qui notarius dicitur. dum judicialiter denunciatus non est, & qui percussus fuit in competentiæ defensione formatæ inter Illustrissimum Nuntium cum potestate Legati à latere, & Illustrissimum Archiepiscopum; & à quo possit absolui? Impugnantur etiam errores, qui circa hujusmodi quæstionem in praxi intervenire solent.**

## SUMMARIUM.

- 1 **Percutiens Clericum vel Monachum incurrit in excommunicationem Canonis.**  
*Quid in Tertiarijs, ibid.*
- 2 **Quando quis dicitur notarius percussor Clerici vel Monachi, ad hoc ut evitetur: & num. 3. & seqq. Explicatur, ibid.**
- 4 **Per negationem res efficitur dubia.**
- 6 **Quando quis excusat ab hac excommunicatione.**
- 9 **Notorium quando dicitur delictum, aut**

- res: & num. 10. & seqq.  
 25 *Quis possit absoluere ab hac excommunicatione.*  
*Potest Papa*, ibid.  
 27 *Potest Legatus à latere.*  
 28 *Quid in aliis legatis missis, & natis: & num. 29.*  
 30 *An possit judex causæ absoluere.*  
 31 *An & quando possit Archiepiscopus, aut Episcopus: & num. 32.*

1 **N** hac materia est textus clarus & expressus in c. *Si quis suadente*, 17. q. 4. cuius verba sunt hæc: *Si quis suadente diabolo in clericum vel monachum manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporum presumat illum absoluere, nisi mortis urgente periculo, donec Apostolico conspectui presentetur, & ejus mandatum suscipiat.* Hæc sunt formalia verba textus, quem latè explicat, ampliat, limitatque eleganter Aug. Barb. in collect. Layman. in Theolog. mor. lib. 1. tract. 5. p. 2. c. 5. Costa de scient. & ignor. cent. 2. disp. 13 Portel. in dub reg. verb. Manus violentæ. Cened. collect. 24. Cordeiro de stat. Eccles. p. 1. tract. 2 de privileg. Canon. q. 1. & seqq. Castr. Palao par. 6. de censur. disp. 3. punct. 22. & punct. 23. § 1. & seqq. & d. §. 1 n. 14. ubi etiam an Tertiarij Ordinis Divi Francisci, aut alterius gaudeant privilegio Canonis & comprehendantur in hoc textu. Dian. part. 9. tract 4 resol. 11. Fragos. de regim. Rep. 2. p. lib 1 disp 2 §. 2. num. 41. Bordon. resol 26. num 10. Barb. de potest Episcop. alleg 12. n. 41. Pontius de matr. lib 9. cap. 8 n. 6. Frag. Pont. & Barbos. ubi supra, latè Constit. Ulissiponens. Archiepiscopatus lib 5. tit. 26. § 3.

2 Et quando contingit Monachi, vel Clerici percussio, quæ notoria dicitur, solent personæ aliquæ timoratae, præcipue clerici, vel Parochi, recurrere ad Superiorum Ecclesiasticos, ut sibi expellant, an vitare debeant prædictos percussores, qui forte jam in judicio impetruntur super illo crimine; & ibi agitur an sint denunciandi exco nm in cor.

3 Certum enim est in jure notorijs clericis percussorem vitandum esse antequam denunciatus sit, ita disponente extra-

vag. *Ad vitanda*, edita in Concil. Constantiensi, quam refert post alios & explicat Sayr. de censur. lib. 2. c. 12. n. 6.

Aliqui judices respondere solent, clerici percussorem non esse vitandum, dum eo auditio non deciditur in judicio, an notorius sit percussor, ut afferitur quod securè afferunt, quando ipse in judicio negat, vel afferit talem causam intervenisse, quæ eum excusat ab excommunicatione Canonis, d. c. *Si quis suadente* 17. q. 4. per negationem enim res (inquietunt) efficitur dubia, ex textu in l. 3. C. quibus ad libertat. proclaim. Gloss. in c. 1. verb. Conservatores, de offic. deleg lib 6. ut tenent illi, quos tacito nomine citat Valde de incant. opusc. 1. sect. 2. c. 16. n. 14. At hoc incivile est; nam per hoc tollitur differentia, quam serio fecit d'cta extravag. *Ad evitanda*; & non magis vitaretur Monachi ac Clerici percussor notorius, quam alij excommunicati, quod non est dicendum.

Alij autem notitiam habentes vel probationem circumstantiarum percussionis, & credentes eam fuisse notorijs, respondent vitandum esse illum percussorem. At hoc etiam tutum non est; nam si apud alios non habeatur pro notorio percussore, hi non cum vitare debent, quia judex eum notorijs percussorem existimat; nam ille in predictis terminis non respondet ut Judex, sed ut consultor interrogantibus, non enim, ut suppono, adhuc judicat; si enim judicaret in actis servata formâ debitâ, tunc quidem cessaret quæstio; nam deinceps vitandus esset percussor, si non ut notorius, saltem ut denunciatus.

Quid ergo in hoc dubio dicendum est? Ego quidem in primis certum credo. Judicem Ecclesiasticum nihil posse discernere tanquam judex, ut proxime admonui. Tanquam consultor autem ego dicerem ante aliud, quod ut vitetur percussor notorius, non sufficit quod notorius sit, sed requiritur quod sit, vel presumatur injustus percussor, id est sine legitima causa; nam si causa iusta non sit, veluti quia Clericum, vel Monachum invenit turpiter cum uxore, madre, vel filia conversantem, & ob id percussit,

cussit, cum excommunicationem Canonis non incurrat, juxta textum in c. 1. de sent. excommunic. & ibi Barb. in collect. vel quia Clericum enormitatibus se immiscentem percussit, juxta textum in c. Cum non ab homine, vers. fin. cap. Perpendimus, de sent. excommunic. vel excusetur simili causa, de quibus latè Sayr. de censur. lib. 3. cap. 27. per tot. & Barb. ad collect. dict. cap. Si quis suadente, num. 50. & seqq.

Certum tunc est talem percussorem etiam notorium non esse vitandum, quod expressè cum alijs quos citat scripsit Sayr. de censur. lib. 2. d. c. 12. n. 18. vers. Secundum.

8. At afferere non audeo cum Sayr. d. loco, requiri quod non solum constet notoriè percussorem esse, sed etiam esse injustum percussorem; sic enim rarissimè esset vitandus percussor, cum raro constet notoriè de non existentia justæ causæ percussionis, neque ullum sit crimen notorium, in quo aliqua excusatio allegari non possit, ut tenet Menoch. de arbitr. cas 542 n. m. 26.

9. Existimo igitur sufficere, quod constet notoriè de percussione; hæc enim præ se fert injustè, & sine causa fuisse factam, nisi positivè constet, saltem probabiliter, justam fuisse, & causam excusantem intervenisse: quod sentire videtur Farin. in prax. q. 21 num. 51. defendens notorium dici delictum etiamsi non constet de exclusione qualitatum excusantium.

10. Deinde dicerem, quod si notorius est percussor, neque appetet aliqua excusatio, quæ eum relevet, tunc ab illis vitandus est, qui eum pro notorio clerici vel monachi percussore agnoscunt, & tales esse judicant. Probatur; nam cum sumus in terminis, in quibus non datur, neque dari potest judicis sententia, nulla est causa efficax, quæ operetur, ut apud omnes debeat haberi pro notorio percussore. Quilibet igitur judex est circa vitandum, vel non vitandum tales percussorem, ut propriæ conscientiæ satisfaciat.

11. Unusquisque ergo judicare debet, an sibi sit, vel non sit notorius clerici percussor. Pro quo agnoscendo debet ad-

vertere, quod notorium illud dicitur, quod apud majorem partem vicinæ, aut collegij, aut oppidi per testes oculatos notum est, ut ad propositum cum alijs quos citat, tradit Sayr. dict. c. 12. num. 19. & post eum Farin. in præt. crim. quest. 21, num. 41. 45. & seqq. Menoch. de arbitr. cas 166. n. 8. At ipse Menoch. num 7. Farin. n. 48 & in specie Sayr. dict. num 19. cum pluribus quos citant, docent verius esse, non dari certam regulam ad notorium statuendum, sed id pendere ex prudentis judicis arbitrio.

Verùm per hoc difficultas non cessat; 12 nam neque in specie, de qua agimus, judicis arbitrium attenditur, cum ut supra notavimus, quæstio nostra petat quando unusquisque ante judicis sententiam debeat vitare notorium Clerici aut Monachi percussorem. At respondere potest, quod sicuti judicis arbitrio relinquatur, an crimen sit notorium, sic etiam in terminis de quibus agimus, uniuscujusque arbitrio relinquendum est; quilibet enim in proposito judex est ad judicandum, an ipse vitare debeat talem percussorem, & an sibi sit notorius.

Deinde quamvis uniuscujusque arbitrio relinquatur, quisnam in proposito sibi sit notorius clerici percussor, tamen de eo ipso dubitabit, qualiter scilicet arbitrari hoc debeat; cum enim nunquam adeo liberè concedatur arbitrari, ut arbitrium non sit juris regulis metendum, ut advertunt Mart. de claus. p. 1. claus. 303. Farin. in prax. q. 27. n. 127. id ipsum quærimus, quando scilicet arbitrari debeamus notorium esse clerici aut Monachi percussorem.

Et certè regulæ, & traditiones DD. 14 de hac re scribentium nec videntur rationabiles, nec practicabiles: sive enim dicamus cum DD. de quibus Farin. d. q. 21. notorium delictum illud esse, quod coram toto populo, aut decem fuit commissum, non videtur id tutum; nam hoc esset maximè restringere notorium, potuit enim collegium, sive vicinia constare minori numero personarum: & non videtur dicendum, quod non sit notorium, quod in collegio sive vicinia notum est.

**15** Neque etiam videtur dici posse, notorium non esse quod à duobus, vel tribus oculatis testibus, & fide dignis assertur, si id apud populum divulgatum fuit, & ab eo pro certo, & indubitate habetur.

**16** Deinde impracticabiliter traduntur quæ à DD. circa notorium sunt tradita: nam demus quod illud est notorium, quod coram maiori parte populi, sive decem, aut octo gestum est; nonne ego quidem qui privatus sum, & judicare debeo in proposito, an alter sit notorius Clerici aut Monachi percussor, debeo interrogare majorem populi partem, vel illos decem, an coram eis facta sit sacrilega percussio? Minime quidem; non enim judex sum: nonne igitur apud illos solūm qui viderunt, & sciunt majorem partem populi, aut decem vidisse, notorius percussor habendus erit? Absit. Quid ergo dicendum est.

**17** Ego sanè in hac controversia existimo, illum mihi, & cuilibet esse notorium Clerici, vel Monachi percussorem, qui etiam tribus vel duobus videntibus crimen commisit, dummodo publicatum sit, & divulgatum apud populum, sive Parochiam, sive potius apud illos, qui notitiam habere solent eorum, quæ in eo loco aguntur, & publica reputantur; ut apud illos pro certo & indubitate habeatur, illum fuisse Clerici, vel Monachi percussorem: ex his enim notorieta tem resultare existimo, alias enim impossibile ferè est notorium suos producere effectus, præcipue in proposito, propter difficultates suprà proximè consideratas.

**18** Illud autem omnino addendum, & advertendum puto, ne alias nostra resolutio impracticabilis quoque dicatur, quod scilicet in proposito mihi, & cuilibet erit notorius Clerici aut Monachi percussor ille, de quo ego audierim à duabus fide dignis, illum pro tali haberi à populo, sive ab illis ad quos solet pervenire notitia eorum, quæ publica sunt; nam si ego per hoc crediderim pro certo & indubitate illud verum esse, erit mihi notorius clerici, vel Monachi percussor, & ut talis vitandus, licet neque vi-

derim percutere, neque à videntibus audierim, sed ab alijs dicentibus alios vidisse, & proinde divulgatum fuisse, ac pro certo, & indubitato habitum illum esse percussorem Clerici, vel Monachi,

Probatur hæc additio, & admonitio; nam alijs solūm videntes, & à pluribus audientes illum fuisse percussorem, vitare tenerentur, quod non videtur dicendum.

Deinde, quia infamia non resultat nisi frequens vox, quæ aliquem de criminis suspectum reddit, apud majorem partem populi vicinæ invaluerit. Sayr. de clavi Reg. lib. 12. c. 10. n. 13. Bonac. in De catalog. 2 tom. diss. 10. punct. 5. num. 4 vers. Respondent.

Et tamen ut ego judicem aliquem infamatum, non requiritur quod audierim à maiori parte populi, vel vicinæ, sed sufficiunt duo testes deponentes illum esse infamatum, ut scribit Clar. in pract. § fin. q. 6. n. 12. Leitam de jur. Lusit. tract. 3. q. 9. n. 56.

Per contrarium vero, licet ego vide rim percutientem, & alter etiam viderit, non erit per hoc notorius clerici vel Monachi percussor, neque eum vitare debebo, nisi hoc publicum sit, & divulgatum apud plures, qui solent agnoscerre quæ publica sunt, & hoc habent pro certo, & indubitate; ex hoc enim resultat notorietas non solūm ex eo, quod ego viderim, vel etiam alij pauci.

Non igitur requiritur ut existimo quod plures viderint, sed sufficit quod apud plures sit pro certo, & indubitate illum fuisse percussorem: neque etiam quod ego qui dubito, an eum vitare debam, viderim, aut audierim illum fuisse percussorem Clerici, vel Monachi, & pro tali haberi pro certo, & sine dubio apud plures, ad quos solet pervenire notitia eorum, quæ in illo loco publica sunt.

His enim motus rationabiliter judicabo, eum esse percussorem notorium, & ut talem vitabo, & sic dubium propositum aliqua novitate componendum existimo.

Quod vero attinet ad absolutionem excommunicationis, textus in dict. c. Si quis